Nos Wizlaus, dei gracia princeps ruyanorum, presentibus publice profitemur et cognoscimus, quod ex mera et propria deliberacione nostra et maturo consiliariorum nostrorum consilio, honesto viro et fide digno Thydemanno culpen, nostro civi predilecto in sundis, et veris suis heredibus, contulimus, pro ducentis marcis et sexaginta marcis denariorum, omnem precariam in suis bonis quam pecierimus et nobis tollere contingerit a festo beati martini proximo nunc futuro usque ad quinquennium. hanc igitur precariam ipsi dicto Thidemanno de culpen et suis veris heredibus, nullo obstante inpedimento, in suis bonis, ut dictum est, tollendam concedimus libere et quiete, ita videlicet, ut, devolutis et transactis premissis quinque annis, eadem precaria iterato ad nostras manus cedere debeat et redire. preterea si quam infra hinc et martini pecierimus precariam hanc eandem idem Thidemannus culpen sepedictus eodem, prout expressum est, eciam sublevabit. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est (appensum). datum sundis, anno domini millesimo CCC° XX°, in die beate magdalene.

DLXV.

800. Der Ritter Johann Kabold überläßt der Dorfſchaft Kafernel einen Theil der Ländereien bei Stoltenhagen, welche er von dem Kloſter Neuenkamp zu Lehn erhalten. 1320.

Universis christi fidelibus presens scriptum cernentibus Johannes, miles, Dictus kabold Salutem in domino. No-

Digitized by Google

um facimus presentibus et futuris, quod nos, maturo Consilio prehabito, de assensu omnium heradum nostrorum ac ciuium nostrorum in Stoltenhagen, foro irretractabili rita at racionabiliter vendidimus Ciuibus ville kakernil de agris quibusdam iuxta Stoltenhagen situatis, quos jure feodali possedimus ab eccliesia de Nouo Campo XL. jugera agrorum pro XXIIII marcis denariorum slauicalium ac alia quinque jugera et dimidium pro sexta dimidia marca denariorum slauicaliuu nobis persoiutis et Totaliter in vsus nostros conuersis pro paschuis animalium dictorum Ciuium da kakernil habenda aut alia vtilitate, libere et quiete sine quelibet censu, seruicio, ac obstaculo, perpetuo possidenda. Termini autem prafatorum agrorum sic incipiunt: primo a terminis Ciuium de wittenhagen, a fossato quodam in directum vsque in tumulum magnum lapidaum congestum De hinc ad alium tumuium magnum congestum quondam a fratre Theodorico, magistro nemoris ecclesie de Nouo campo, qui tumulus villarum adiaceocium, videlicet Stoltenhagen, kakernil, et hyidebraudashagen, dinoscitur esse terminus distinctinus. Nec predicti agri a nobis vel a nostris haredibus aut successoribus de cetero mensurentur. Dedimus insuper Ciuibus prefate ville kakernil, ob amicitiam et pacam ipsorum et uostrorum Ciuium in Stoltenhageu conseruandam, vt si animalia ipsorum ax negligencia custodum extra predictos agros ad paschua transieriut, sine culpa siut, st sine inpignoracione et satisfactione hoc debet omnimodis tolerari st eisdem nullatenus inputari. Testes huius rei sunt: Johannes, sacerdos vicaplabanus in Stoltenhageu, Bernardus, magister hospitum. Thsodericus de hamale, furnarius, monachi at sacerdotes, heiuricus, magister silue de Nouo Campo, Helmicus ac Borchardus, Aduocatus, Johannes voghaler de hoghenwarde, et alli quam plures fida digni. In Cujus Rei firmitatem perpatuam presentam Cedulam nostro sigillo ac dilectorum patrueiium nostrorum, Lodewici st werneri dicti kabold, ac aliorum proborum uirorum sigillis, si qui in testimonium apposueriut, fecimus communiri. Datum et Actum Anno domini m°. CCC°. XX°., Iu crastino Beata marie Magdalene.

DLXVI.

801. Chriſtof, König der Dänen, beſtätiget den Bürgern zum Stralſund die ihnen, noch vor ſeiner Erlangung zur Krone, am 16. Dezember 1319 zugeſicherten Rechte. 1320.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris Cristoforus, dei gracia danorum slauorumque Rex, Dux estonie, Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, tam presentes quam posteri, quod dilectis nobis burgensibus in stralesund vniuersis damus et concedimus potestatem ac licenciam liberam quolibet anno in nundinis scanoeor et falsterbothe suum proprium aduocatum statuendi super eorum burganses et in omnibus suis excessibus, forefactis et causis iudicandi, preterquam in causis que tangunt collum et manum ibidem perpetratis, cuius aduocati potestas a festo sancti jacobi vsque ad festum sancti martini apiscopi proximum annis singulis perdurabit. prohibemus sub obtentu gracie nostre districte, ne quisquam supar eorum vitas edificet cuiuscumque condicionis fuerit nisi de eorum voluntate fuerit et consensu. Ceterum indulgemus eisdem burgensibus, quod si eos alicubi infra limites et terminos tocius Regni et dominii nostri naufragium, quod absit, pati contingat, quamdiu Res suas st naues per se vel per alios saluare poterunt eisdem id faciendi presencium tenore liberam concedimus facultatem, et quod per neminem aduocatorum nostrorum seu per quemcumque alium debeant inpediri. preterea in siluis nostris ligna cremabilia licite colligendi at libere secandi habeant potestatem. Insuper, si aliquis eorundem burgensium in nostro Regno seu dominio morte preuentus fuerit, sui heredes aut saccessores pro ipso dabunt quod arfkoop dicitur in vulgari st bona sua totaliter subievabunt. Cmnes eciam modos noui thelonei eisdem burgansibus omnino Remittimus at penitus Relaxamus, volentes eosdem burgenses antiquis iuribus et theloneis consuatis temporibus illustris Regis Woldemari pie nsmorie libere perfrui at gaudere. vnde per graciam nostram districta prohibemus, ne quis aduocatorum nostrorum, eorundem officialium, seu quisquam alius ipsos burgenses de stralesund contra tanorem presencium presumat inpedire val in aliquo molestara. Quod qui fecerit nostram non affugiet vicionem. In cuius Rei testimonium sigillum nostrum euidens presentibus duximus apponendum. Actum at Datum werthingborgh, anno domini M°. trecentesimo vicesimo,

Digitized by Google

quarta feria proxima post festum assumpcionis beate marie virginis, in presencia nostra.

DLXVII.

802. Fürſt Wizlaf geſtattet den Gebrüdern Vuth zum Sunde in der Nikolaikirche daſelbſt einen Altar zu ſtiften und zu dotiren und befreit die dazu auszuſetzenden Renten von allen Dienſten 1320.

Omnibus presens vicuris Wislaus, dei gracia princeps ruyanorum, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod fideli et dilecto nostro creditori Conrado dicto Vuth et Arnoldo, eius fratri, burgensibus nostris in Stralsund, eorumque veris heredibus, propter ejusdem Conradi humiles preces et deuotas, dedimus et damus in hiis scriptis autoritatem et posse, altare in ecclesia beati nicolai dicte nostre ciuitatis de bonis ipsorum quas in terris nostris habent instaurandi et fundendi cum annuis redditibus videlicet viginti marcarum redditibus, et plus, sicut complacuerit voluntati, et alios redditus, quos similiter, ut premittitur, habent in terris nostris vita eorum sana et in eorum extremis conuertere poterunt si voient in elemosynam et in alia opera pietatis. Nos eciam dedimus et damus in hiis scriptis liberatem et proprietatem vltra omnes redditus prefatos talem, quod neque seruicia neque precariam et nullum jus et alia requisita nobis et nostris successoribus in eisdem bonis reseruamus. Jus eciam patronatus ejusdem altaris et vicarie predicti fratres et post mortem eorum semper senior de parentela ipsorum qui verus heres ipsorum fuerit et successor in hereditate et ita deincepe perpetuis temporibus possidebunt. Hujus modi autem vicaria et altare a sacerdote, qui pro tempore ibidem fuerit, possibile humiliter deseruiatur non in prejudicium domini Ottonis Siore et aliorum sibi succedencium plebanorum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est appensum, presentibus dominis Sigfrido de Plone, Reinfrido de Penitze, militibus nostris, Magistro Johanne Blauen, Alberto et Isidoro, clericis nostris, et aliis pluribus fide dignis. actum in Bart, anno domini M°. CCC°. vicesimo, die sancti Egidii, abbatis.

DLXVIII.

803. Marten und Hennele von *Starkowe verkaufen dem* ſundiſchen Bürger Detmar Schulowe eine jährliche Rente von 23 Mark aus dem Altenhagen. 1320.

In godes namen amen. Wi merten van starcow vnde hennecke van starcow bekennen openbare in dessen breue, dat Wi, mit bradenen mods, mit guden willen mit vulbort vnde mit jawort alle vser neghesten vrende, hebben verkoft redeliken vnde rechtliken hern detmar schulowen, eneme borghere to dams sunde, vnde sinem erfnamen vnde upghelaten vor vsemc heren van ruyen dre vnde twintich mark rente wendesscher penninghe in dren houen tome oldenhaghen alier jarlikes sunder hindernisse vt to richtende. Ersten godeken van deme oldenhagen van eyner honen, vnde de wedewe bi godeken van eynen verdendeie, vnde van eyner honen, vnde merten van deme oldenhagen van twen houen vmme hundert mark vnde viftech mark wendesscher penninghe, also dat wi de vorbenomenden rente dre vnde twintich mark wendescher penninghe mogen wedderkopen van sente mertens dage de nu to komende is vort oner dre jar, vmme de seinen penninghe vndert mark vnde viftich wendesch, vnde, do wi des nicht, so scal de vor be nomeden rente, dre vnde twintich mark wendescher penninghe sin vnde siner erfnamen rechte cofte kop, vri sunder enegher hande denest ewelike bliuen, to vorkopenden, to vorsettende, to ver genende weme he wil, vnde sin erfnamen vnde kindes kint ewelliken to eruende; vnde weme he edder eine erfnamen de rente dre vnde twintich mark wendesches penninghe verkopet, edder vor settet, edder vor geuet deme scole wi der rente gunnen also wi de rente hadden vnde also wi de rente eme vnde sinen erfnamen vorkoft hebben, vnde so dane breue na ghenen, alse desse vore genen ein, vnde scolen derselnen rente dre vnde twintich mark wendescher penninghe eme vnde sinen erfnamen waren jar vnde dach also en lant recht is, vnde wi vnde vse erfnamen scolen de rente voredenen vnde nicht her detmar schulow noch eins erfnamen; vnde ofte enich man de rente wolde beweren de scolde wi vnde vse erfnamen vntweren. Tughe desser dinghs sint her bokeman, her Johan mit ter piaten, riddere, bernard derecow vnde sin Broder, ianghe herman van vitzen, knapen, vnde euert hup, de voget. alle desser vorbenomeden dink tughe wi mit vsen inghesegheln hanghende in desser

Digitized by Google

hantfestinghe, de is gegheuen tome sunde, na godes bort dusent jar dre hundert jar in deme twintegesten jare, in sente mychelis auende.

DLXIX.

804. Fürſt Wizlaf bekundet, daß der Ritter Konrad von Buge und Rikold von Schmachteshagen ſich dem Knechte Dowat verpflichtet, ihm binnen Jahresfriſt 92 Mark aus der fürſtlichen Bede aus ihren Gütern zu zalen, und ſichert dem Dowat jedenfalls dieſen Betrag aus ſolcher Bede. 1320.

Nos Wizlaus, dei gracia princeps ruyanorum, recognoscimus, presentibus protestantes, coram nobis placitatum esse, quod conradus de bughe nec non rikoldus de smachteshagen, milites nostri, honesto famulo gerharde dowat nonaginta et duas marcas denariorum racionabiliter sunt obligati, quas sibi aut suis heredibus a festo martini proximo ultra ad annum de nostra precaria debebunt erogare. si vero eadem precaria duobus temporibus daretur ex tunc in primo tempore dicto gerhardo dabunt quinquaginta marcas et residuam partem dabunt sibi in tempore sequenti precaria de eadem. quod si omnia predicta non observaverint ex tunc dictum debitum dicto gerhardo ordinabimus de eorum bonis et precaria per pignoris capcionem. datum hiddense, anno domini millesimo CCC° XX°, die calixti, pape, nostro anb secreto.

DLXX.

805. Borante von Putbuſk, Knecht, verpfändet dem Daszeke 2 Hakenhufen bei Lonnevitze. 1320.

Omnibus presens scriptum cernentibus Borantha de pudbusczck, famulus, salutem in domino. Recognoeco per presentes ac publice protestor, quod, prehabita deliberacione diligenti, Exposni atque dimisi Daczekino et suis veris heredibus duos vncos agrorum sitos iuxta fontem ville lonneuicze, pro septuaginta marcis monete slauicalis, ad usus suos, in forma pignoris, sine aliqua inquiracione possidendo. Quandocunque vero predictos uncos Ego, seu mei heredes ab eodem daczekino vel a suis heredibus redimere pro hujusmodi pecunie summuis poterimus, Ex tunc iam dicti duo vnci ad me meosque heredes penitus reuoluentur. Si autem horum dictorum denariorum partem dimidiam, terciam, vel quartam prefato daczekino vel suis heredibus neris persoluero, Ex eo de jam expositis uncis quantum redimero ad me et ad meos heredes, semoto quolibet inpedimento, reuoluetur. In cujus rei enidenciam et certitudinem pleniorem sigillum meum una cum sigillo domini hennynghi, mei dilecti patruelis, est appensum. Testes hujus rei sunt: stoguov, poddin de wreeghen, Johannes, aduocatus de pudbusczck, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini m°. CCC°. XX°. feria quinta proxima ante omnium sanctorum.

DLXXI.

806a. Wizlaf Fürſt der Ruyaner verkauft dem Dagomar und Herman von Jasmunde die Dörfer Poichow und Glove und Breſenort auf Ulmanz zu Lehnrecht. 1320.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Wizlaus, princeps Ruyanorum, Vniversis Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum preuenerit, salutem in omnium salvatore. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria prebennari. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, quod nos, habito nostrorum maturo consilio, honestis viris, nostris familiaribus, Dragomaro et Hermanno fratribus dictis de Jasmunde et eorum heredibus rite et rationabiliter vendidimus pro milie et octingentis marcis Slauicalium denariorum nobis plenarie persolutis, curias et villas infra scriptas, videlicet Polchow, glone et Versenort, que est sita in Omanze, cum omnibus eorum pertinenciis et attinenciis, pront in suis metis jacent comprehense, cum pactibus, precariis, denariis monete, auena nemoris, cum judicio majori et minori quod se in manum et collum extendit, cum omnibus vtilitatibus et fructibus eorundem, liberas ab omni angaria et seruicio dominorum, ita libere sicut nostre ante fuerunt, duntaxat excepto, quod de bouis Polchow et ipsius pertinentiis cum sociis eorum qui illi seruicio adjacent nobis de octo manais seruire tenentur. Hac venditione sic premissa predictis

Digitized by Google

viris Dargomaro et Hermanno et eorum heredibus antedicta bona sicut ea ipsis vendidimus cum omnibus libertatibus, conditionibus, articulis supra nominatis contulimus et confirmamus in hiis scriptis justo titulo pheodali perpetuo pacifice possidenda. Vt hec nostra venditio et concessio in premissis firmitatem obtineant et ut dicte persone per fortius sint secure, presens scriptum cum annotatione testium subscriptorum nostroque sigillo duximus roborandum. Testes sunt: Heuulugus de Pudbuzke, Szifridus de Plone, Reynwardus de Peniz, Johannes Dotenberg, milites, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Sundis, anno domini MCCC° vicesimo, feria tercia proxima post festum sancti Nicolai, episcopi et confessoris.

DLXXI.

806b. Eine Ueberſetzung der vorhergehenden Urkunde 806a ins Deutſche.

In deme namen der hylgen vnde vnentscheden dreuldicheit amen. Wy Wyszlaus, van godes gnaden forste to Rugen, allen Criste gelowegen to welken desse yegenwardyge scryft kummet heyel In den salychmaker aller. De dynck welcke der schen In der tydt vppe demede de suluegen uycht samptlyck myt vorlope der tydt vorfallen, so plecht me de suluegen szetten In de tughe der tuge offte ver ewegen In de dechtenysse der Scryfte. hyr vmme scholen weten de nafolger yhegenwardiger vnde to kumpfteger tydt, dat wy, mit rypeme Rade vuser truwen, den boscheden mannen, vnsen deuren, dargemero et hermanno, broderen gheheten de Jasmunde, vnde eren eruen hebben recht vnde reddelycken vorkoft, vor dusent vnde achtehundert mark wendescher pennynge vns vullenkamen vornoget, heuedden screnender houer vnde dorp, alsse polchow, gloue vnde fresenorth, dede is beleghen in vmmantze, myt alle erer tobehoryngen vnde tolagen, alze de in eren scheden liggen bogrepen, myt pachten, myt boden, munthe pennyngen, haueren wolden, myt dem hogesten vnde sydesten rychte dat syk strecket In hals vnde hant, nuttycheyt vnde fruchten der suluegen, frye van aller heswerynge vnde van heren denste, ok so vryg alze de vns thouorne gheweset syut, alleyne vthghenamen dat se vns van deme ghude polchow vnde syner to behoryughe myt eren companen welke tho deme denste lyggen scholen vns schuldych wesen to dennede van VIII houen. myt desser vorkopynge alze vorgerort So hebbe wy den vorghesechten mannen dargbemaro vnde hermanno vnde eren eruen de vorghesechten guder, alzo wy de en vorhoft myt allen frygheyden, condicien vnde artikelen bouen ghenomet, auer ghegeuen, confirmert In dessen schryften dorch eyne rechtuerdygen tyteil eynes leus, to ewygen tyden ffredesam to besyttende. uppe de mede dat desse vnse vorkopynge vnde vorleynynge in den voryugen starekheyt beholden vnde vppe dat de gheseten personen alze vulkamener vorssekert syut, so hebbe wy desse jeghenwardyghen schryft myt anthekynghe vnder ghescrenen tughe vnde myt vnseme ssegel lathen der stercken vnde vorwaren. de tughe syut: hennynghes de pudhusk, Syfrydus de plone, Reynwardus de penytz, Johannes dotenberch, Ryder, vnde vele mer louenwerdighe. gegheuen vnd gheschen thome ssunde, int iar vnses heren dusent dre hundert vnde twyntych, des dynxstedages negest na deme feste sancti Nicolai, Biscoppes vnde hychtegers.

DLXXII.

807. Fürſt Wizlaf verſchreibt den Gebrüdern Volwolde und Goten Blixen 45 Mark 12 Schillinge Rente aus den Gütern des Sifrid von Plone in Voigtsdorf, und des Reinfrird von Penize in Trantow. 1320.

Nos wizlaus, dei gracia princeps ruyanorum, recognoscimus presentibus protestantes, quod fidelibus nostris vasallis, volvoldo, militi, et gholen, famulo, fratribus dictis blixen, eorumqne heredibus dimisimus ac obligavimus, pro quadringentis et quinquaginta octo marcis cum quatuor solidis, in villa vogedestorpe vlgiuti unius marcarum redditus quatuor solidis minus, de bonis domini sifridi de plone, qui consensum ad hoc dedit, jure homagii annuatim percipiendos; Similiter viginti quinque marcarum redditus in villa Trantowe, de bonis domini reynfridi de penitze, qui et consensum ad hoc contulit, eis obligamus jure homagii annuatim sustulendos. Et poterunt predicti viri dictos redditus, si opus eis fuerit, inpignorare, sed ad nullum aliud seruicium homines dictos redditus daturos potsrunt angariare. Cum vero nos aut nostri heredes

Digitized by Google

ipsis de dicta summa aliquando centum marcas persoluerimus ex tunc decem marcarum redditus debent esse solute, quod si quinquaginta eis daremus marcas tunc quinque marcarum redditus deberent defalcare de redditibus pronotatis. In cujus testimonium sigillum uostrum presentibus est appensum. Presentibus: syfrido de plone, reynfrido de penize, militibus prefatis, Domino ernesto de hoykenhagen, milite, magistro Johanne blawen, Thiderico, clericis, Euerhardo hnp, gherardo sleutere, aduocatis, et aliis pluribus fide dignis. Datum bard, anno domini millesimo CCC° XX°, feria tertia post lucie virginis, proxima.

DLXXIII.

808a. Ein Verzeichniß von fürſtlichen Lehnleuten verpfändeter Güter, deren Wiederlöſung eventuell dem Fürſten zuſtändig; angelegt 1320 und fortgeführt für 1321. 1322. 1323. 1324.

verpandede guder.

§. anno domini M° CCC° XX° coram nobis Wizlao, principe ruyanorum, hec bona obligata sunt et possunt saltim per nos redimi si nostri vasalli, qui ea obligauerunt, hoc neglexerint.

primo in terra ruys. §. hartwicus zlaweke posuit gherardo, institori in sundis, XII marcarum redditus.

Item hartwicus zlaweke posuit eghberto westfalo in sundis duodecim marcarum redditus.

Item dominus princeps potest redimere molendinum a domino nicolao de wolde pro XXXIIII marcis.

§. Item fredericus qnaze posuit papen, burgensi in sundis, XL marcarum redditus in sua curia, ad quatuor redimendos. scriptum anno XXI.

§. Item razlaus sume posuit heynoui de velin in sundis bona sua super festum martini redimenda. scriptum XXI.

§. Item dominus nicolaus de wolde posuit bornholme XXX marcarum redditus pro CCC marcis, quas habuit a domino Johanne de pudbuzke.

§. hermannus de vizen posuit alberto X marcarum redditus pro dextrario qui pertinebat illis de lubeke, anno XXI, die viti.

§. Item Jordanus posuit eodem die et anno Vales X marcas et II mansos in curia ipsius Jordani.

§. Item idem jordanus posuit nicolao senkepil pro suis spousalibus V mansos in uselitze et damervitze pro CCC marcis et hec bona suut dotalicium vxoris dicti Jordani.

§. Item anno domini M°. CCCXXII in octava assumpcionis beate virginis, Nicolaus, herbordi filius, obligavit laureucio XVI jugera terre pro XVII marcis, infra qnatnor annos redimsuda.

§. Item eodem anno, seqneute die post andree, uxor thiderici de campis posuit cuidam civi in grimmis VI marcarum redditus ad tres annos et possunt per nos redimi.

§. Item anno domini M°. CCC° XXIII°. dominica iubilate coram nobis Wizlao, principe ruyanorum, arnoldus de vitzeu, armiger, filius domini hinrici de vitze, obligavit XXX marcarum redditus, quos habuit in curia datzowe, in terra ruya, sorori sue, domine cristine, relicte hinrici Stolter, quondam civis in gripiswaldis, et suis heredibus, in quolibet festo beati martini tollendos ad tot annos quousque C marcas et quinque marcas denariorum receperit integraliter, dando eidem sorori sue potestatem inpignoraudi dictos redditus et heredibus sororis antedicte. dictis C marcis et quinque ab eadem domina et suis heredidus perceptis, quas sibi in prompto concesserat, dicti redditus ad arnoldum prefatum libere revertentur.

in aduocacia sundis.

§. Item dominus de Ruya potest redimere a domino Johanne dotimbergh quinquaginta marcarum redditus pro qnadringentis marcis in precaria ludolveshagenn.

§. Item johannes de starkowe posuit Johanni papenhagen, fusco, decem marcarum redditus in villa starkowe ad tres annos redimendos. anno XX°.

§. Item Johannes alb(us) posuit I mansum in porese nicolao ibidem ad annum.

§. Item feria tercia post nicolai dominus nicolaus state posuit curiam rubus petro aven et lemmekino et thiderico de cippeke, civibus in bard, pro V° marcis super proximum martini redimendam, anno XXI circa pascha.

§. Item ioannes scerf in conradeshagen posuit helmico de bard, cerdoni in sundis, XIII marcarum redditus, crastino lucie, qnos in festo martini ultra annum potest redimere.

§. Item wilhelmus duvendik posuit eodem die walken-

Digitized by Google

dorp III mansos in kukensbagen similiter ad tres annos redimendos.

§. Item dominus Sifridus posuit mansos quos habet in brauteshagen secundum tenorem litterarum domini Johannis de pudbuzk redimendos

§. Item in conradesbagen.

§. Item ghise de perun die stephani posuit juniori scerf IIII mansos in iohanshagen pro ipsius dotalicio quando dictus scerf volnerit redimendos. XX°.

§. Item Johannes scref? posuit thiderico Borsin, bargensi de sundis, curiam et molendinum, anno XX°, proximo martini redimendo.

§. Item ille surdus de zanzebyr posuit anno XXI° richardo de zanzebyr III½ marcam martini redimendo.

§. Item dominus Johannes de ost posuit plunkowen VI marcas redditum ad unum annum redimendum. scriptum est istud anno XXI.

§. Item dominus Johannes de pudbuzke posuit Wichmanno in sundis XV marcas in boranteshagen ad tres annos redimendos. scriptum est anno XXI°, crastino purificacionis.

§. Item dominus conradus moltike posuit slentere IIII marcas in martinsdorp pro XX marcis.

§. Item hermannus zanzebur, sen surdus, posuit plenin II mansos in curia sua, martini ad duos annos redimendos. pascha posuit hec anno XXI.

§. Item dominus princeps potest redimere bona in mordorp ab illis de obelize, que hermannus de turri eis vendidit, quando sibi placet.

§. anno XXI° h. de yoerk posuit woltero Spekkyn, pro dotalicio sororis sue, in villa zumekendorp viginti marcarum redditus pro CC marcis.

§. Item eodem anno, die nicolai, dominus Johannes de pudbusk et borsnte posuerunt.

§. Item eodem anno et die Thiderico de dorpen positum est.

§. Item anno XXII° feria quinta ante oculi Thidericus bokeman et uxor sua resignaverunt domino principi C marcas ad suam graciam

In aduocacia lositze.

§. Item dominus Johannes dotinbergh posuit Jordano de kylone, civi gripeswoldensi, sua bona in gromin.

§. Item Johannes buk posuit hinrico Brunsowe, civi in demin, XIIII marcas pro LVII marcis.

§. Item Johannes de grammendorp, miles, posuit anno XXI° thiderico barnekowe IV½ marcarum ad 3 annos redimendos.

§. Item Thidericus bokeman posuit ludolfo de antiqua indagine IIII marcas in molendino swinghsn.

§. Item albertus de Damerowe posuit hinrico de Damerow in zerbsutin VI marcas ad tres annos anno XXI°, in profesto marie magdalene.

§. Item notandum, quod bolco de zlawestorpe et sui patrui anno XXI° dominica in palmis resignaverunt domino principi certificacionem que warscûp dicitur et (et) pheodum quod lsn dicitur de bonis sancti spiritus in gripeswold, que iacent in villa vretokowe. hoc factum est presentibus, Johanne de grizstowe, Sifrido de plone, Johanne dotinbergh, Sifrido blixne, Rey. de penize, militibus, et Johanne bere, ac aliis pluribus.

§. anno domini m° CCCXXiII vicko de lntzowe posuit VII marcarum redditus in villa . . . . ., in qua moratur, per tres annos redimendos.

§. Item anno domini XXIII Eghardus speckin et fratres sui emerunt villam grausebit a domino ernesto budden et ejus fratribus, quamlibet marcam redditnum pro XI marcis denariorum, reempcione nobis vero observata.

§. Item conradus de buga, miles, exposuit cuidam viro dicto berner quatuor villas in ruya, videlicet barnekevitze, lubitze, tzemmer, ratnevitze.

Item feria quarta post dominicam cantate filii frederici voghelsanc posuerunt XV marcarum redditus suis patruelibus, videlicet filiis gerhardi voghelsanc, pro CC marcis denariorum, XIIII marcas in villa erpeshagen et unam marcam in vlemingdorp, a festo martini ultra ad quatuor annos redimendo, reempcionem vero dominus princeps ruyanorum obtinebit. De quibus isti redditus erogabunt, videlicet vinke in vleminghedorpe I marcam, Thidericus mogensen II marcas in erpeshagen, hinricus duvendich IIII marcas, hinricus hannensen IIII marcas, petrus berchman IIII marcas.

Item feria quinta post festum penthecostes proxima Rickoldus de lntzows posuit VIII marcarum redditus domine dicte hoghewardesche, civi grimmensi, ad quatuor annos, dominus vero princeps ruyanorum reempcionem obtinebit.

Item dominica prima post trinitatem Dominus Willekinus cum torace posuit hinrico de dalevitz XII marcarum redditus in villis thodendorp et cusele, a festo martini proximo ultra ad tres annos redimendos, in quibus do-

Digitized by Google

minus princeps ruysnorum reempcionem obtinebit. presentibus: Johanne dotenberch, tetzen stangenberch, nycolao de waide, militibus, thiderico epeckin, alberto in cartzevitz, magistro petro, sacerdotibus, nicolao de kalde, Jo. wenthusen et conrado papenhagen.

in aduocacia Tribusss.

§. Item juvenis Stenbeke posuit gherardo de rode VIII marcarum redditus in duobus mansis karechowe super proximum martini redimendos quia posuit sibi eos in festo katerine virginis anno XX°.

§. Item dominus Johannes huxhol posuit illis de zanzebur duarum marcarum redditus in villa vorlaut in proximo pasche redimendos, quos solet exponere quidam dictus hoveman. anno XXI° positum.

§. Item die simonis et iude ille speckin cum macula posuit aiteri speckyn in poghendorf VI mansos nulla deterioracione addita. anno XX°.

§. Item thomas de rekentyn posuit relicte domini vikonis Bereu ibidem decem marcarum redditus.

§. Item uxor hoben posuit hinrico de indagine V marcarum redditus proximo martini ultra ad annum redimendos in villa kaboldestorp. crastino nicolai posuit.

§. Item eadem posuit domino Johanni mordere ibidem VI marcas proximo pascha ad annum redimendos.

§. Item dominus duuendik posuit gherardo de rode in vitelubbe VI marcarum redditus. XXI° anno, pro sua fidejussione.

§. Item anthonius duvendik redemit villam bokevize quam antonius mezecowe potest ab eodem resmere infra hoc quatuor annos. scriptum est istud anno XXI°.

§. Item anno eodem dominus Ernestus in hoykenhagen posuit illis speckin XI marcas reddituum in gransebite ad 3 annos a rogacionibus redimendos.

§. Item anno domini presenti, scilicet XXI°, dominus Johannes de wokenstede posuit Wichmanno de sundis II marcas reddituum pro XX marcis denariorum in villa berckowe ad tres annos redimendos. positum est istud die margarete.

§. Item wokenstede posuit eodem anno et die hinrico de eemelowe et heynemanno pellifici et duobus adhuc eorum sociis ibidem curiam suam et bona ibidem in curia pro V° marcis debitorum.

§. anno XXI° ultra ad tres annos posuerunt fratres de tribuzes domino hinrico de dechowe quatuor marcarum redditus pro XLta in villa Nyenrostok.

§. Item fratres de stenbeke posuerunt gerhardo broc pro centum marcis X marcarum redditus in III mansis karschowe.

§. Item Johannes de zanzebur posuit mugheling in tribom X marcarum redditus IIII solidis minus, anno XXII in purificacione ultra ad annum redimendos.

§. Item Johannes et hiuricus Wokenstede posuerunt bernhardo et hinrico de elten XXX marcarum redditus pro CCC marcis in villa iudolveshagen et berkowe.

§. Item Woksustede posuit heynemanno pellifici anno XXI die andree II tremodia annone in moleudino mughenwold, ad annum redimendum.

§. Item anno domini m. CCCXXIII feria tercia post octavam corporis christi slaweke, filius tessemari, dimisit et resignavit uni rustico unum uncum terre in villa lubkevitz, sed alia bona dominus princeps ruyanorum, transacto vno anno cum sex ebdomadis, potest inpetere vel arrestare.

§. Item anno XXIII feria quarta post jacobi apostoli domiuus Johannes de osten posuit swinekulen dimidietatem curie cum bonis eiusdem in villa nitzelstorpe ad festum michaelis proximum redimendam, in qua nos wizlaus princeps ruyanorum reempcionem obtinemus.

§. Item anno domini XXIII feria sexta IIII^{or} post lucie domiuus hiuricus morder posuit heynekino, famulo domini tun, pro C marcis IX$^1/_2$ marcarum redditus, IIII marcas in arndeshagen V$^1/_2$ marcam in oldsuwillershagen a festo beati martini proxime venturo ultra ad duos annos redimendo, et si tunc non redimerit ex tunc ad jam dictum heynemannum dicti redditus sine servicio spectabunt sicut ipse dominus hsuricus morder eis utebatur. in quibus domiuus princeps ruyanorum reemcionem optinebit.

§. Item dominica die ante Thome apostoli posuit Johannes de tribuzes XVIII marcas reddituum in villa zarnowe pro CC marcis hinrico de zemelowe, civi sundensi, in quibus dominus princeps ruyanorum reempcionem reservabit.

§. Item in terra ruye, anno et die jam dictis, posuit nicolaus senkepil hinrico eselsvot XX marcas reddituum in villis cyrocitz et douecitz pro C marcis denariorum, sed reempcionem dominus princeps ruyanorum reservabit.

§. Tercia feria ante purificacionem sub anno domini XXIIII° posuit baluys in mughsuwolde unum mansum

ibidem pro XXIII marcis, in festo beati martini proximo redimendum, in quo dominus princeps reempcionem optinebit.

§. Item anno domini XXIIII feria quarta post Judica posuit baroldus morder hanuingho bareu XV marcarum redditus in villa nye willershagen pro XXX et C marcis slavicalibus, a festo martini proximo ultra ad annum redimendo, in quibus princeps ruyanorum reempcionem reservabit.

§. Item uxor Johannis barnekowen emit curiam in quitsin pro CCC marcis, sicut notum est hys: domino hinrico de rskentin, d. hinrico de obelitz, d. Johanni huxol, Johanni baren, henningho et nilhelmo vieming, nicolao baluge, henningho deghenhagen, si dixerint hii quod pro dicta pecunia ipsam curiam vel minus emerit ita dominus princeps poterit redimere.

DLXXIV.

808b. Ein Verzeichniß fürſtlicher Ausſtände. 1321. 1322.

§ Anno domini M° CCC° XXI supra festum martini dominus nicolaus stute dabit domino principi XXX marcas, de quibus dedit XVII marcas.

[Item dicto tempore dominus Theze dabit X marcas ex parte filiorum sororis sue, Dominus Teze, dominus dargezlaus et Tezmarus norman XL marcas supra michaelis anno XXI]

Item uxor schimmelpennighes dabit X marcas.

Item albertus Rockut dabit XL marcas proximo festo Epiphanie anno XXII.

[Petrus slutere XXX marcas Jacobi anno XXI°, de quibus II dabit.]

Item dominus nicolaus de medowe X marcas Jacobi. anno XXI.

anno XXI michaelis dominus rickoldus ordinabit domino principi XL marcas de bonis h. de cernin, militis.

[Item anno XXII° feria secunda post reminiscere Johannes nobin dabit LX marcas.]

Item zitzebyr dabit V marcas.

Item guslaus Sum promisit ordinare L marcas ex parte unius pro quo placitavit.

Item zezebyr dixit, quendam virum in bessin ante gwerram per lu. poltzen et hinricum bories et ghoten mortberner de excessu esse mutuatum.

Item Bertramus suderman junior dabit domino meo pulcrum panuum et longum.

Item Thomas rekentiu supra walburgis XVI marcas ex parte illorum de cecleze.

§ Item god. petri XXXVI marcis tenetur domino principi.

DLXXV.

809. Fürſt Wizlaf weiſet dem Heinrich von Hagen 125 Mark auf die Bede des laufenden Jahres an. 1321.

Nos Wislaus e. c. quod fideli nostro Hinrico de ludagine et suis heredibus tytulo pignoris posuimus CXXV marcarum redditus in nostra precaria istius anni de villis duvelstorp, Bowerstorp, dorowe et forkenbeke percipiendos, quibus perceptis debet nobis has nostras litteras representare. e. c. anno XXI, octava stephani, protomartiris, sub nostro secreto presentibus appenso.

DLXXVI.

810. Fürſt Wizlaf verſchreibt dem Ritter Stolteſot eine Rente aus der Bede von 2 Hufen in Vlemingdorf. 1321.

Nos Wislaus, e. c. quod fideli nostro militi wilhelmo stoltevot dimisimus et obligavimus precariam de duobus mansis martino de gruwele pertinentibus et in villa vlemingdorp sitis, de quolibet manso semel in anno unam marcam percipiendo. Cum autem nos aut nostri heredes sibi, aut suis heredibus XX marcas persolverimus, ex tunc ad nos libere revolvetur. anno XXI die agnetis, virginis.

CLXXVII.

811. Fürſt Wizlaf bekundet, daß der Ritter Heinrich von Dechow dem Johann Techelin und Dibrich Unrowe eine Rente aus ſeinem Hofe verſchrieben hat. 1321.

Nos Wislaus, dei gracia e. c. Recognoscimus e. c., quod coram nobis miles noster hinricus de dechow dimisit ac

Digitized by Google

obligavit honestis viris Johanni de Thecholin et Thiderico unrowe eorumque veris heredibus in sua curia Triginta et duas marcas redditnum annuatim sustulendos et ubi voluerint dimittendos, quia coram nobis dictus dominus hinricus eis dictos redditus resignavit, et debemus eis cooperari ad eos redditus extorquendi per pignoris capcionem. Quia si a proximo festo purificacionis marie dictus dominus hinricus dictos redditus pro ducentis marcis ultra ad tres annos non redimerit, ex tunc dicti viri prefatos redditus pro eorum justa empcione libere optinebunt. Si autem dominus hinricus hos redditus non redimerit in hiis annis, ex tunc omnes partem in eis habentes dictos redditus resignabunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Datum bagendorp, anno domini millesimo trecentesimo XXI, in profesto beate brigide, virginis.

DLXXVIII.

812. Fürſt Wizlaf verſichert den Gebrüdern Budden, daß ſie wegen ihrer Forderung von 8305 Mark auf die Bede angewieſen werden ſollen, ſobald die früher darauf ertheilten Anweiſungen erledigt ſein würden. 1321.

Nos Wizlaus e. c. quod fidelibus nostris Ernesto de hoykenhagen, militi, nec non reynfrido, famulo, fratribus dictis budden eorumque veris heredibus in octo milibus et CCC marcis quinque marcis et octo solidis minus, sumus obligati slavicalium denariorum, ad quorum persoincionem eos demonstrare debemus ad nostram precariam, sicut cum aliis nostris militibus in ea fuerunt, cum illi anni elapsi fuerint quos placitavimus cum aliis nostris vasallis universis. In cujus . . . XXI agate, virginis.

DLXXIX.

813. Fürſt Wizlaf verſchreibt der Stadt Tribſees das Dorf Wick und den Burgwall vor der Stadt nebſt Garten und Wieſe zu Stadtrecht. 1321.

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. Omnibus presens scriptum cernentibus Wizlaus, Dei gracia Princeps Ruyanorum, Salutem in eo in quo est omnium salus. Ne ea que geruntur in tempore in tempore simul cum instabilitate temporis defluant, solent spicibus literarum ac proborum virorum testimonio perhennari. Hinc est quod notum facimus, tam presentibus quam futuris, Quod dilectis nobis Consulibus et toti communitati Civitatis nostre Tribuses dedimus et contulimus cum omni libertate et proprietate Villam prope dictam Ciuitatem sitam que Wiek dicitur, Sicut ipsa Villa jacet in suis terminis, Et sicut dicti Burgenses alia bona dicte Civitatis habent perpetue possidendam. Similiter donamus dicte Civitati nostre et incolis ejusdem proximiorem locum Castri dictum Borchwall apud molendinum situatum, cum omni libertate et proprietate pacifice et perpetue possidendum. Ceterum dedimus et contulimus eisdem Pomerium cum Prato annexo situm non remote ab eodem loco. In terminis iam dicte ville que Wiek dicitur et in locis antea dictis si aliquid acciderit judicandum, Super hoc nobiscum predicti Consules nostri ex nostre donationis munificencia judicabunt, Vt omnia hec et singula ad usus eorum perpetue cum dictis libertatibus ac proprietatibus connertantur prout dicte Ciuitati videbitur expediens esse atque oportunum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus: Domino Ertfrido de Plone, Ernesto de Hoykenhagen, militibus, Johanne de Obeiitze, Thiderico, Clericis nostris, Johanne Bere, Kedingh, Everardo Hup, famulis, et aliis pluribus fide dignis. Datum et actum Bard, Anno Domini M° CCC° XXI, Dominica qua cantatur Esto mihi.

DLXXX.

814a. Die Ralmäuer in Damgor bekunden, daß der Ritter Heinrich Dechow ribnitzer Bürgern eine wiederlösliche Rente von 9 Drömt Drei-Korn verſchrieben. 1321.

Omnibus presencia visuris Consules in damgar cupimus fore notum, quod dominus hinricus dechowe, miles, et sui heredes, in nostra presencia, novem tremodia triplicis frumenti, que hermannus busch, albertus duns, hermannus grube exsolvent annuatim, honestis civibus in ribbenitze, ottoni siabrughe, nicolao lucow, volcecino poppendorp titulo pignoris obligavit, tali nimirum condicione interposita, si in festo beati martini proximo ad duos annos continuos pro LXIII marcis slavicalium denariorum

Digitized by Google

(si) non redimerint, tunc predicti burgenses pro justa empcione optinebunt et expignoracionem reddituum predictorum nostro juvamine extorquebunt. Datum anno domini M° CCC° XXII, feria quarta ante dominicam oculi.

DLXXXb.

814b. Hennecke Thegaze und der jüngere Ludeke in Neuenkirchen verkaufen dem Wolter von Lübeck zwei Morgen Wiese daſelbſt. 1321.

Notum sit vniuersis, quod henneke, filius thegaze, et junior ludeke, commorantes in nienkerken, vendiderunt rite et rationabiliter domino woltero dicto de lubeke duo jugera prati circumcincta fossato, que quondam dicebantur in vulgo lntteke garthus, eita inxta palndem sespitum, quod ln vulgo torfmur dicitur, isto modo, quod si domini terre, videlicet princeps ruyanorum, abbas in hilda, vel qnicunqne alius dominum wolterum impedire, inbrigare, vel molestare seu impetere ratione dicti prati volnerint, ex tunc prenotati thegaze et junior ludeke tenentur dominum wolterum ab omni impetitione, molestatione, que ratione dicti prati euenerit, reddere solutum et indempnem. pro vnius jugeri warendatione promiserunt thegaze et henneke, suus filius, pro alterius jugeri warendatione promisit ludeke junior antedictus. huic venditioni et resignacioni presentes fuerunt: gherlacus, villicus in nienkerken, qui prescripta duo jugera domino woltero rationabiliter resignavit, et detmar krakowe, hermannus de koste, nicolaus leo, boldewanus de losiz, et dominus wolterus dedit super istam emptionem suum denarium pacis, vreds pening et winkop. scriptum in die philippi et jacobi.

DLXXXI.

815. Urkunde des Biſchofs Konrad von Kamin und der ſtettiner Herzoge Otto, Warzlaf und Barnim über das von den Herzogen mit dem Fürſten Wizlaf von Rügen geſchloſſene Bündniß und die daneben von den Herzogen mit dem Fürſten beliebte Erbverbrüderung. 1321.

In godes namen amen. Wi conrad, biscop van camin, otto, warslawe, barnam, hertoghen van stetin, bekennen openbare vnd betůghen in dessem breue, dat wi vnde vser hertůghen erfnamen ewelichen vnde jummermer willen vnde scolen stede vnds trůwe vrent vnde eweghe helpere wesen vnde bliuen hern witzlaues, des edelen vorsten von ruyen, vses vrendes, swagheres, vnde omes, vnde dar tů sines rechten erfnamen vp alle de dar leuen, se sin in welliker achte se siu ofte in welleker welde ofte werdegheyt, mid line, mid gůde, mid steden, mid mannen, mid slothen, mid lande vnde mid aller macht dor niner sake ofthe nod willen erer vor tigen, vnde wi ne scolen nen orloch antssten id en si mid sineme rade, vnde vppe desse vrentscap vnd vorbindinghe, dat se stede vnd ewich bliue, des leeghe wi hertoghen mid em tů samende land, man, slothe, vnde stede aldns bescedeliken. were dat, des god nicht en wille, dat wi hertoghen storuen ane erfnamen, so tůhand scolen land, man, slote, vnde stede vallen vnd erfnen vppe den vorsproken vorsten van ruyen vnde vppe sine erfnamen ewechliken tů beholenden vnde tů besiddende. Hir neme we vd land vnde slothe de de vorspreke biscop vnde dat godes hus van camin mid vsen breuen vnd vser vorvarn bewisen moghen. Hir vmme dat alle desse dingh gheholden werden, vnde en jewelik stucke sunderlik, so hebben en ghelouet dar vp al vse stede, vnde al vse man, vnd al vse slothe binnen der pene vnde der swine, gripeswold, demin, anclam, wolgast, vadom, vnde wortmer stetin, vkermunde, vnde oldentrebetowe, vnde van vs biscop Conrades weghene, Colbergh, Cosselin vnds massow. were over dat de van me gripeswolde des louerdes anich wolden wesen, nochten scal an jewelik stucke ganz vnde stede bliuen bi eik, alse id hir vore is bescreuen. Vortmer were dat twischen den vor benumeden vorsten van ruyen vnde den sinen, af ene sid, vnde twischen vs vnde vsen, af ander sid, jenich scelinghs worde oder twidracht, dat scal men holden also id hir na bescreuen stayt. Were dat den van ruyen jeghen vnser jenich sunderliken oder jeghen vs allen gicht scelede, so scolden siner riddere twe in riden tů deme sunde vnde nemen twe ratmanne thů sik in der suluen stad: dar thů scal vser en yeghen den he de scelinghe heft senden twe riddere vnde twe ratmanne van siner stede en tů en in de stad tů deme sunde, dar scolen se de scelinghe lo sonen binnen vertey nachten, vnde dar nummer vd kǫmen se en si sonet, endst vnde leudet, vnde wat se dar vmme spreket ofthe settet dar scal id ganz bibliuen. Were over dat de dingh nicht gheholden werden alse se

Digitized by Google

satten, kundeghen odder spreken, so scolen man, slote, stede, vnde land sik holden an den heren vñd an eine erfnamen de dat holden wil dat de vorbenûmedan riddere vnd ratmanne setten, kundeghen vnde spreken also langhe bed he dat holde vnde vnlte dat se sproken vnd kundeghet hebben. vortmer we des anderen bedarf thû sinen moden de scal em vor tû spreken achte daghe. Vortmer wera dat men binnen sime landa, des van ruyen, ofte vppe siner schede, striden, edder buwen, rouen, edder bernen wolde, dar scole wi ame volghen mid aller macht vnde helpen vp vse kost, vp vse verles, vud vp vse win na man talen. Vortmer buthen sima lande vnd buthan siner schede scole wi eme volghen vnde helpan in alle sinen noden mid hundert mannen vp orsen, vppe sine kost, vppe sin win, vnde vp sin vorles. so wanne he dat van vs eschet so scole wi se em antwerden vp vser landschede ihegan alle de dar lenen. dar scal me se vs wedder antwerdan scadelos. vppe dat alle des vorsprokan deghedinghe stede vnde eweliken vast bliuen, so hebbe wi hertoghen vnde hiscop Conrades man van Camin vnde vsa man en truwen louen deme eddelan vorstan van ruyen de hir na serenen sint: henniagh van ekstede, henniug bere, de marscalc, iacob van westinghebrughe, hinrik nan zagense, vicko vos, gherard van zwerin, claus heyden, claus luscow, wedeghe van hûghenhaghen, riddere, swantes van honln, bernard van der borch, knechte, vnde hebbed oc dar tû heghed vse yngheseghele. Desse bref is gheghenen vnde gheuen in der stad tûme gripeswolde, na godes bort dusent iar drehundert iar in dema enen twinthechtesten iare, in sunte iohannes auende evangelistan alee he wart ghesodden in der olge boddene.

DLXXXII.

816. Urkunde der ſtettiner Herzoge Otto, Warzlaf und Barnim über die dem rügenſchen Fürſten Wizlaf verſicherte Vergütung für die von ihm übernommene Kriegshülfe gegen den Herrn Heinrich von Mellenburg. 1321.

In ghodes namen amen. Wi Otte, Wartzlane vnde Barnam, hertoghen van stetyn, Bekennet openbarliken vnde betughen mid dessem breue, dat wi mit vseme swagere vnd ome heren Wizlane, deme vorsten van ruyen, ghe dinget hebben alsa hir na ghescrenen steyt. Tû dem ersten dat wi eme hebben ghegenen twe dusent mark lodighes sulueras mit gudem willen vnd vnghebeden tû verdeghende aine man, vs tû helpende vppe den van mekelenborch vnde sine helpere nu tû dessen tiden, oft vs orleghes nod ei. Dar vore sette wi eme vnde sinen erfnamen mit vrendscap vnde mid guden willen vnde vnghebeden de stad tû oldentrebetowe vnde dat land dar dar tû hort mid al sinee schede, mid man deneste, mid aller vrucht vnda mit aller nut, also wi de stad vnde dat land hebben ghehat. da tûgha desser dinghe dat sint: hiscop Conrad van cammin, peter kancelere, henningh bere, de marscalc, sivert van plone, Johan Bere van hugelstorpe, meister conrad, her Johan lentsin, vsa kancelere, meister iohan blawe, vses omes kenzelere, Vnde, hir np hebbe gheuen wi vnsen vorbenûmeden swaghera vnde vsema oma dessen bref mit vsen inghesegbalen beseghelet, in der stad tû dema gripeswolde, na godes Bort dusent jar drehundert jar an deme enen twinthechtesten jara, in sunte Johannes auende also he wart ghesoden in der oleye, hûddene.

DLXXXIII.

817. Fürſt Wizlaf verbrieft der Stadt Stralſund das Eigenthum der an die Stadtfeldmark grenzenden Dörfer Devin, Teſſekenhagen, Citterpennigshagen, Vogdehagen, Wendorf, Lüdershagen, Vogelſank, Lutzow, Langendorf, Kedinghagen, unter Beſtätigung mehrerer, namentlich ſchon in der Handfeſte vom 18. März 1319 enthaltener und erneuerten Privilegien. 1321.

Wyzlaus, dei gracia princeps Ruyanorum, Omnibus presens scriptum cernentibus Salutem in domino sempiternam. Sciant presentes et futuri, quod nos, de maturo consilio et consensu nostrorum fidelium consiliariorum, dilectis nobis Consulibus, oldermannis, totiqua communitati Cinitatis nostre stralessundis bona voluntate perpetue dedimus et contulimus omnem proprietatem et libertatem in singulis villis subscriptis, cum suis metis et terminis et aliis omnibus infra metas et terminos earundem villarum vndiqne contentis, sicuti ab antiqno tempora a nobis et a nostris progenitoribus et predecessoribus vberius et

Digitized by Google

liberius sunt possesse, nichil proprietatis vel potestatis nobis reseruantes in eisdem, preter hoc solum, quod quicquid Consules dicte ciuitatis nostre in eisdem villis iure lubicensi iudicauerint, hoc idem noster aduocatus de sundis iudicabit plenarie cum eisdem. Ville autem quas modo prescripto eis dedimus sunt iste: villa thevin, thessekenhaghen, Cytterpenningheshaghen, voydshagen, wenttorp, ludershaghen, voghelsank, lutzowe, langhendorp et Kedinghehagen. Volumus insuper, propter beneficia nunc nobis et eplus a predictis consulibus inpensa, vt arbitria statuant quecunque voluerint in ciuitate sua et suis proprietatibus; habentes cum hoc per se plenam quamlibet conducendi potestatem. nullus burgensium, cuiuscunque condicionis fuerit, citabitur extra dictam ciuitatem, sed iudicio et iusticia fruatur a prima fundacions ciuitatis solita, sub omni iure lubicensi quod prelibate nostre ciuitati donauimus, ita libere sicuti lubicenses tam in ciuitate sua quam suis proprietatibus perfrui liberius dinoscuntur. nulla prorsus castra, municiones et propugnacula per nos, aut nostros successores, seu a quoquam debent construi proprius dicte ciuitati quam ad duo miliaria, propter terre nostre seu dicte ciuitatis commodum et profectum; Sed, si quod edificatum fuerit, destruatur. Forum et adductio frumentorum cum ceteris vniuersis comestibilibus et singulis aliis necessariis nullatenus prohibebitur, tam incolis terre nostre quam extraneis cum suis mercimoniis dictam ciuitatem sundensem adire volentibus, sed strata communis ad inducendum singula absque omni occupacione libera permanebit. Monetam eciam nostram nusquam alias habere volumus quam in dicta nostra ciuitate sundensi, in qua subadnocatus nullo modo ponendus est absque consensu et voluntate predictorum consulum, aut ipsi iudicabunt pro nobis et semet ipsis, ne quis iudicio negligatur. Quicumque insuper in memorata ciuitate nostra stralessundis iustis sententiis proscribitur, ille in omnibus ciuitatibus terre nostre ius lubicense habentibus exterminabitur proscribendo; et has predictas libertates pater noster dilectus beate memorie donauerat eciam consulibus memoratis. Ut autem hec omnia predicta robur perpetue firmitatis optineant, Sigillo nostro ea iussimus communiri. Testes huius sunt nostri milites: Sifridus de plous, Hinricus thun, Johannes dotenberch, Reynfridus de peniz, Hinricus bokemann, et magister Johannes blawe, noster cancellarius, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Sundis, anno Domini M° CCC° vicesimo primo, Dominica tertia post festum paschs.

DLXXXIV.

818. Fürſt Wizlaf verleihet der Stadt Stralſund den Vorſtrand längs ihrer ganzen Scheide des ſalzen Waſſers. 1321.

Witziaus, dei gracia princeps ruyanorum, omnibus presens scriptum cernentibus, salutem in eo cui nihil est occultum. Quoniam principum interest, tanto deuocius diuina aogmentare, ministrare, quanto magis deus eos pre ceteris mortalibus exaltauit, Hinc est, quod ob diuine remuneracionis intuitum et speciaiem dilectionem, quam ad infra scriptos nostros burgenses in snudis habere con-

Digitized by Google

probamus, domine Sweneke, relicti quondam Johannis de meppen, Gerhardo et Hermanno, filiis ejusdem, nec non Hermanno, filiorum jam dictorum patruo, conferimus proprietatem vigiuti marcarum reddituum in curia glossowe situatorum cum omni iure ac libertate, et de manu nostra dimittimus omnem exactionem que ad nos et nostros successores cedere dinoscitur de denariis monete, de precaria et omni genere seruitutis ad altare, quod dicti burgenses nostri pro salute animarum suarum et omnium heredum suorum in honorem omnipotentis dei et beate Marie virginis erigere cupiunt, vbi cunque locorum voluerint dictum altare dedicare. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. testes hujus rei sunt: domini Otto Slore, magister, Joannes Blawe, plebanus in bart, et dominus Albertus, plebanus in kartlenitze, nostri clerici, et alii quam plures fide digni. datum et actum bart, anno domini M° CCC° XXIV, in festo sancti Martini, episcopi gloriosi.

DCXLIX.

886. Fürſt Wizlaf ſtiftet eine Vikarie an der Kirche in Altenkirchen und leihet dem dazu berufenen Prieſter Klaus Krakevitz bis zu deſſen anderweitiger Verſorgung 4 Hufen in Gudderitz. 1324.

Wizlaus, dei gracia e. c. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, nostro prehabito diligenti consilio et nostrorum consiliariorum, domino nicolao dicto crakenitze, sacerdoti, quatuor mansos agri culti, sitos in villa nostra gůderitze in wittowe, conferimus et dimittimus temporibus vite sue, cum omni jure homagii, quod Manrecht dicitur, et cum omni libertate et fructibus, ac omnibus pertinenciis, sicut eidem mansi in suis veris terminis et limitibus sunt comprehensi, sine omni servicio et absque precaria, sine debito quod plicht dicitur, possidendos, excepto supremo judicio, quod nobis et nostris heredibus in ipsis mansis reservamus; pascuis eciam, pratis et aquis, velut ceteri inhabitantes ibidem, idem dominus nicolaus uti debet expedite; et pro dictis quatuor mansis sibi a nobis collatis missas et alia divina officia celebrare debet cottidie in ecclesia oldenkerke, sine prejudicio rectoris ibidem, ac si vicarie confirmate et per episcopum consecrate deservire teneretur. Cum autem predictus dominus nicolaus krakevitze, sacerdos, per nos vel per nostros heredes aliquo beneficio ecclesiastico, quod ipse duxerit acceptandum, fuerit beneficiatus, ex tunc pretacti mansi cum omni jure, ut premissum est, ad nos et ad nostros heredes libere revertentur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes hujus rei sunt: dominus otto slore, plebanus in sundis, dominus thidericus speckin, dominus guzlaus sum, bertramus travemunde, Johannes crans, thidericus luscus, hermannus pspenhagen, bernardus de dorpeu, hinricus de semeloue, Consules nostri in sundis, et alii quam plures fide digni. actum et datum loco predicto, videlicet sundis, anno domini millesimo CCC° XXIV°, feria tercia ante katherine, virginis.

DCL.

887. Heinrich Eſelevot, Bürger zum Sunde, bekundet den Rechtsſtand ſeiner Bauern in Bannicitſe. 1324.

Omnibus presens scriptum cernentibus hinricus Eselsnoed, burgensis in stralessund, obsequiosam in omnibus voluntatem: Noueriut vniuersi, quod villani ville mee bannicitze habeut et habůerunt hereditatem in quinque vncis eidem ville adiacentibus, de quibus michi vel meis heredibus vel successoribus tantummodo tredecim marcas denariorum et non plus, annis singulis, racione redditunm dictorum pacht, erogare tenebuntur expedite; Et super hoc michi ad aliqua onera et seruicia et alia minuta dicta smalteghedeu faciendum nullateuus eiut astricti, sed ab omni onere et grauamine michi debitis sint exempti, Et ipsi vti debeut omnibus vtilitatibus et libertatibus in eisdem quinque vncis quibus vsi sunt ab antiquo, videlicet agris, scspitibus, paludibus, pascuis, pratis, aquis, siluis, uemoribus et Rubetis. Nec iidem vnci in posterum per me vel meos heredes et successores funiculo debent mensurari vel distiugui, sed ipsi villani eosdem vncos colere debent in tali distiuctione, qua antiquitus per dominos terre in suis terminis situata sunt et distincta. Ceterum cultor aliorum duorum vncorum et dimidii eidem ville adiacencium gaudere debet ea libertate, quam in priuilegiis priucipum Ruyanorum poterit demonstrare. in horum omnium testimonium meum Sigillum cum Sigillis hinrici de zemelowe et Jordani papeu presentibus

Digitized by Google

est appensum. anno domini M° CCC° XX° quarto, In die beate Cecilie, virginis gloriose.

DCLI.

888. Fürſt Wizlaf verkauft den Gebrüdern Dargemar und Hermann von Jasmund ſein Dorf Glowe mit Vorbehalt der Wiederlöſung. 1324.

Nos Wizlaus, dei gracia princeps ruyanorum, Recognoscimus presentibus protestantes dilectis nobis Darghemaro et hermanno, fratribus dictis de Jasmundo, et ipsorum heredibus villam nostram glowe, in terra Jasmunde sitam, cum omnibus suis proventibus et utilitatibus, cum pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, aquis, rubetis, silvis, precariis, denariis monetalibus, cum judicio majori et minori, cum servicio omni et curruum vectura et generaliter omnibus fructibus, qui pronnuc ibi sunt aut fieri potorint, sicut jacet in suis metis et distinctionibus, et cum omni libertate, pro CCC marcis sundensium denariorum, qnatnor marcas cum quatuor solidis pro marca puri computando, locasse, posuisse seu obligasse, locare seu obligare per presentes; ita tamen, qnod nos in qnolibet festo sancti martini episcopi a predictis darghemaro et hermanno et ipsorum heredibus, fructibus tamen hujus anni per ipsos sublevatis primum, predictam villam pro CCC marcis sundensium denariorum reemere seu redimere valemus, et hanc pecuniam in una summa ipsis debemus erogare et tunc eadem villa nobis debet pertinere sicut prius. Testes hujus rei sunt: dominus otto slore, plebanus in sundis, dominus tidericus speckin, dominus guz(laus) sum, Bertramus travemunde, Johannes crana, thidericus luscus, Bernardus de dorpen, consules nostri in sundis, et alii quam plures fide digni. datum et actum sundis, anno domini millesimo CCC° XXIV, in profesto sancte katherine, virginis, nostro sigillo presentibus in testimonium appenso.

DCLII.

889. Fürſt Wizlaf verſchreibt dem Arnold Krepſowe, Bürger zum Greifswalde, 60 Mark wend. Pfenninge, zahlbar binnen 4 Jahren. 1324.

Nos Wizlaus e.c. recognoscimus, quod arnoldo crepsowen, civi griplawaldensi, in LX marcis denariorum slavicalium tenemur infra IIII$_{or}$ annos persoluendis, videlicet qnolibet anno super festum martini XV marcas denariorum sibi erogamus expedite, quibus persolutis annnatim, ut jam dictum est, predictus arnoldus crepsow nobis instrumentum presens restitnet favorabiliter sine briga. In cujus e. c. datum hard, anno domini millesimo CCC° XXIV° die barbare, virginis.

DCLIII.

890. Thideke Bokeman verkauft dem Fürſten Wizlaf ſeinen Hof und die halbe Windmühle mit achtehalb Hufen in Bateviz, ſo wie auch ſein ſonſtiges Gut daſelbſt und auf der Bore. 1324.

Ich thideke Bokemann bekenne vnde betûghe openbare an desseme Brene, dat ich mit miuen beradenen môde vnde vulbort miues wiues, saphyen, hebbe vûr koft deme edeln vûrsten, mime heren, hern Wizslano van rûyen, vnd sinen rechten erfnamen, minen hof vnd de halue windmolen mit achtehalûer hôven in deme dorpe to bateuitze mit alle den koten de ich in deme selneu dorpe vnd tn deme kenebackenhagen haddo, mit der helfte des holtes vnd strukes dat tû deme selueu hone vnd tome dorpe hort, vnd alle dat gut dat ich vppe deme bore hebbe ûfte ghehat hebbe, mit aller nut, mit watere, mit weyde, mit wisch, mit torue, mit mûre, mit vischerie vnd mit aller vryheyt, mit alleme rechte, beyde mit deme onersten vnd deme minnesteme richte, alse ich den selnen hof tû bateuitze hadde, vnd dat gût dar snlues besad, kindes kint tû eruende, ewychliken tû besittende; dar tû hebbe ich vûr koft mime vore benomeden heren van rûyen vnd sinen erfnamen de bede in verdehaluer hône in deme sûlueu dorpe tu bateuitze mit der anwardinghe dede mines veddern dochter ermgart dar inne heft. Hir vore vnd vor alle desse ding, de hir vore sproken sint, schal min vore benomede here van rûyen mi vnd mime wiue saphyen seuenhundert mark wendescher penninghe gheuen, anderhalfhundert mark alto hant nv tû snnto lûcien daghe tû beredende vnd hundert mark tû sûnte mertins daghe de nv negest tû kômpt; ver de anderen viftehalfhundert mark settet min here mi vnde mime wiue vif vnde vertich mark geldes in deme dorpe tû murdorpe in wissen vnd besettem gûde, yo wanne min here van rûyen edder siuo

Digitized by Google

erfnamen mi ofte mime wiue hundert mark penninghe bereden, so werde en dar sůlues to murdorpe teyn mark gheldes los. Dit vore sprokene gut schal ich vnd min wif vplaten wanne min here wil, och schal ich de sameude hant in deme sůlnen benomeden gůde tů bateuitze sceden van mineme brodere, wanne min here it van mi eschet. Vortmer mach min here ůfte sin erfnamen losen de verdehalue hone van mina veddern dochter io tů svnte Johannes daghe vor anderhalfhundert mark vnd schal dar inne vinden achteyndehalue mark geldes. Were oner dat mi borst wůrde in deme gelde tů můrdorpe, dat min here mi dar ghe settet heft, so scal ich vnd min wif macht hebben, ůt tů pandende svnder ienegher hande wernisse, vnd scal dar anders mine plicht edder recht ane hebben. vppe dat alle desse ding ewichlike stede vnde vast blinen vnd en jewelich ding sunderliken bi sik jummermer ghe holden werden, so hebbe ich mime heren vntrůwen ghe loňet, vnd hebbe dessen bref mit mineme yngheseghele be segelt laten. De tůghe, de oner dessen dinghen wesen hebben, sint: her Johan mitter platen, her conrad berchane, her hinric van obeliz, her claus van me wolde, riddere, her dideric speckin, her hinric von vorlande, prestere, Gosscal van der lobeniz, scherf van lassentin, marquardůs slenter, Thymme scutte, hobe vnde vele anderer bedderuer lůde, vnd is ghe schen vnd ghedeghedinghet to bard, na godes bort dusent jar drehundert jar vervntwintich jar, In svnte lucien daghe.

DCLIV.

891. Johann Hobe und Johann Stein verkaufen dem Fürſten Wizlaf drei Fiſchteiche in und vor dem Dorfe Kavelsdorf. 1325.

Ego Johannes hobe et Johannes dictus sten, filius margarete, domini Johannis de ost in nyzelstorpe filie, Recognoscimus tenore presencium, publice protestantes, quod cum plenario nostrorum consensu heredum, Illustri domino nostro Wizlavo, ruyanorum principi, ac suis heredibus vendidimus racionabiliter omnem proprietatem stagnorum et piscinarum, quarum una in villa Caboldestorpe et alie due extra, et illarum nomen uni crenittesse et alteri nomen borchse nuncupatur, cum omni jure et vtilitate, et sicut eas habuisse dinoscimur, eidem domino principi resignamus, excepta tamen piscatura et libertate quam henricus de indagine habet in stagnis et piscinis antedictis. pro hiis igitur piscinis per eundem dominum principem nobis fore satisfactum protestamur. pro warandacione quoque hujus vendicionis per annum et diem, pront jus terre postulaverit, stabimus, et si quid impeticionis vel alterius cause intervenerit, penitus disbrigemus. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. datum snb anno incarnacionis domini M° CCC° XXV°, octavo die epiphanie domini.

DCLV.

892a. Gelöbniß und Huldigungsrevers der koswiger Kaſtellane für die Erfüllung des der Gemalin des Fürſten Albert von Anhalt ausgeſetzten Leibgedinges. 1325.

Nos Wylko de grysen, albertus de czeynitz dictus de scholitz, albertus de czeynitz dictus vor herlinde, Coppeko de dessowe, Castellani in Cozwych, tenore presencium lucide protestamur, quod inclite domine nostre, Domine agnete, filie illustris domini Wyzlai, principis ruyanorum, uxori domini nostri, domini Comitis alberti de anhalt, promittimus data fide singula, que ex parte dotalicii, quod vulgariter en Ilfghedinge dicitur, per illustres principes dominos, Wizlavum, principem ruyanorum, patrem dicte domine nostre, ex una, et dominum albertum Comitem de anhalt parte ex altera, per amicos eorundem sunt placitata inviolabiliter, sicut in littera patente ejusdem domini nostri continetur, debeant conservari, verum ac fidele omagium una cum consulibus et opidanis universis opidi Cozwich, quorum sigillum una cum nostris sigillis presenti cartule appensum est, eidem domine nostre tenore presencium facientes, Ita videlicet quod castrum atque opidum prenotatum diligenter ac fideliter custodire debeamus nec aliquit cum eisdem agere sive ad aliquem divertere nisi de prefato domino nostre voluntate procedat ac mandato. Cum itaque domina nostra sepedicta ad nostra confinia pervenerit, ipsi omagium manu et lingua, veluti conswetum est, faciemus. Actum et datum bard anno incarnacionis dominice M° CCC° XXV°, In die fabiani et sebastiani, martirum beatorum.

Digitized by Google

DCLV a.

892aa. Wilhelm, Heinrich, Henning, Ekkard und Albert, Gebrüder von Duvendike, verkaufen dem Thideram Witte, Bürger zum Sunde, 4 Drömt Kornpacht aus ihrem Gute Duvendike. Stralsund 1325 Januar 25.

O. Archiv des Klosters zum heiligen Geist in Stralsund. Von den angehängten 5 SS. fehlen 3.

Nos Wilhelmus, Henricus, Henningus, Echardus et Albertus, fratres dicti de Duuendike, recognoscimus presentibus protestantes, quod cum consensu omnium nostrorum heredum rite vendidimus et coram illustri Domino nostro Wislao, Principe Rugianorum, resignavimus honesto viro Thideramo Albo, filio Bertholdi Albi, ciui in Sundis, suisque veris et perpetuis heredibus redditus dimidie laste annone, scilicet duorum trimodiorum siliginis et ordei et II trimodiorum auene in curia quam colit Johannes Niegatze in Duvendike, singulis annis in festo beati Martini percipiendam et perpetuo possidendam. pro qua annona si necesse fuerit, auctoritate propria pignora recipere possunt de curia supradicta, et, si non tantum inuenerint in curia memorata, tunc ex curia, quam Willehelmus colit in Duvendike vel quicumque post ipsum possiderit, licite sufficiens pignus recipere possunt atque debent. Super his conditionibus obseruandis et per nos si necesse fuerit in futurum disbrigandis conjunctim promisimus fide data. In horum omnium testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Sundis anno Domini M° CCC° XXV°, in die conuersionis sancti Pauli.

DCLV b.

892b. Die Gebrüder Borante und Theze, genannt von Putbus, verkaufen dem Thiedemann von Kulpen, Bürger zum Sunde, aus dem Dorfe Mildesowe eine Kornrente von 2 Last. 1325.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, Nos borante, miles, et Theze, famulus, fratres dicti de putbuzk, salutem in marie filio glorioso. Tollit oblivio acta hominum, si non litteris et sigillorum testimonio perhennentur. Noscant igitur tam posteri quam presentes, quod ex maturo consilio et pleno consensu omnium heredum et amicorum nostrorum vendidimus honorando viro, domino Thidemanno de kůlpen, ciui in Sundis, suisque veris heredibus Redditus duarum lastarum annone pro ducentis marcis monete slauicalis. hanc annonam tollere debent in villa mildesowe de mansis infra scriptis, videlicet de duobus mansis et de vno quartali vnius mansus, quos nunc colit hinricus Nyemann, Tria tremodia siliginis et vnum tremodium ordei, et duo tremodia auene et nouem modios de quartali, sicut oportet, et de manso, quem colit Johannes, filius ejusdem hinrici, decem et octo modios siliginis atque sex modios ordei et vnum tremodium auene, et de duobus mansis, quos colit hinricus, filius arnoldi, tria tremodia siliginis, vnum tremedium ordei et duo tremodia auene, et super hoc tollent de quolibet manso quinque solidos slauicalium denariorum, qui dicuntur svynepenninghe. hos siquidem redditus ipsis vendidimus cum omni fructu, vtilitate, cum judicio maiori et minori, dandos, vendendos, exponendos cuicunque vel quibuscunque voluerint, sine omni impedimento, iure hereditario, sicuti nos de nostris progenitoribus habuimus, in perpetuum quiete et libere possidendos. vt autem hec nostra vendicio rata et firma permaneat. Super hoc vna nobiscum henninghus et stoyslauus, milites, dicti de putbuzk, et boranta, famulus, frater domini henninghi de putbuzk, fide data manuque conjuncta promiserunt. Quorum sigilla cum nostris sigillis in testimonium premissorum presentibus sunt appensa. Testes huius sunt honorabiles viri, bertrammus trauenemunde, Thidericus luscus, bernardus de dorpen, proconsules in Sundis et quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXV°, In festo purificacionis beate marie virginis gloriose.

DCLVI.

893. Johann Hobe quittirt dem Fürsten Wizlaf über 25 Mark, welche derselbe von wegen des Ritters Tun gezahlt. 1325.

Ego Johannes hobe Recognosco tenore presencium, quod illustris princeps rugianorum, dominus wizlaus, mihi XXV marcas denariorum slauicalium ex parte domini tun, militis, persolvit expedite, pro quibus ipsum affirmo liberum et solutum. actum feria tercia post dominicam reminiscere, sub anno domini M° CCC° XXV°, meo sub sigillo.

Digitized by Google

DCLVII.

894. Urkunde des Herrn Heinrich von Meklenburg über den mit dem rügenſchen Fürſten Wizlaf geſchloſſenen Freundſchaftsvertrag. 1325.

desponsacio Jaromari, filii principis ruyanorum, cum filia domini magnopolensis.

Nos hinricus, dei gracia magnopolensis, stargardie et rostok dominus, Recognoscimus publice per presentes, quod cum dilectissimo nobis genero nostro, domino wyzlavo, principe ruyanorum, unionis et amicicie vinculum contrahere duximus in huuc modum. promittimus enim filiam nostram, nomine beatricem, filio suo, Jaromaro, tradere in uxorem, assignantes eidem racione dotis propter nupcias mille quingentas marcas puri argenti, infra annum et diem postquam thorum suum intraverit numerandas, juxta leges patrie exsolvendas. Idemque dominus wizlaus, ruyanorum princeps, facere et assignare debet filie nostre predicte ad tytulum dotalicii CCC marcarum puri argenti redditus cum civitate et terra bard, si tanti sint redditus in eisdem, si autem tanti non fuerint, de advocacia viciniori supplebit defectum usque ad summam reddituum supradictam. Et si filius ejus Jaromarus predictus superstite filia nostra decesserit ac dominus wyzlaus aut heredes seu successores ipsius filiam nostram ad propria remittere seu ab ea separari voluerint, antequam ipsam nostram filiam de prefato dotalicio suo amoveant, ei tria milia marcarum predicti argenti expedite exsolvere teneantur. Sepedictus autem dominus Wizlaus, princeps ruyanorum, et nos, quamdiu ambo vixerimus, debemus mutuo esse uniti et alter alteri in omnibus necessitatibus assistere fideliter et firmiter adherere. Si vero prefatus dominus Wizlaus, quod absit, moreretur reliuquendo Jaromarum aut alium seu alios heredes superstites, nos ipsius vel ipsorum heredum municionum et terrarum, ad ipsum vel ad ipsos pertinencium, ac hominum, quibus idem dominus wizlaus municiones et terras suas commiserit, debemus fidelis tutor existere, ipsos in omnibus tuendo fideliter et tanquam propria defensando. Et ipsi homines cum municionibus et terris sibi commissis nobis tanquam tutori suo fideli debent in omnibus parere fideliter et adherere constanter, quousque dicti, Jaromarus aut alius seu alii heredes domini wizlai, principis ruyanorum predicti, ad annos discretionis perveniant et preesse valeant sibi ipsis. premissum autem unionis et amicicie vinculum pure contraximus ad augmentum obsequii sive seruicii dominis nostris, Christoforo, danorum regi, et suis heredibus, Ac episcopo zwerinensi nec non amicis nostris, videlicet dominis ottoni et wartslauo, stettinensibus, Erico, jucie ducibus, Johanni et heuniugho de werle, nobilibus, per nos ambos, hinrico et gunzelino zwerinensibus, gherardo holsacie et in reyndesborch comitibus, per nos specialiter, atque alberto in anhalt, guntero et ulrico in lindowe, comitibus, per dominum wizlaum predictum, uberius et facilius inpendendi. Ita quod, si inter aliquem predictorum ex parte una ac aliquem nostrorum ex altera, quod absit, discordiam oriri contingeret, dominus wizlaus prefatus ex parte nostri habebit, et nos similiter ex parte ipsius habebimus auctoritatem et potestatem plenariam ejusmodi discordiam in jure vel amicicia decidendi, et iusuper si predictorum aliquis in hoc contentari non vellet aut si quisquam de mundo aliquem nostrorum infestare vel molestare presumeret, nos semper ac nostri heredes debemus ipsi domino wyzlavo et suis heredibus et ipsi nobis et nostris heredibus auxiliis et serviciis mutuis cum omnibus municionibus et vasallis inseparabiliter totis viribus commanere. vie quoque et strate inter terminos nostros hinc inde debent observari patentes et libere, sicut seruate sunt ab antiquo, hoc salvo, quod quilibet nostrorum eductionem annone de suis terminis pro suo beneplacito poterit prohibere. Super premissis omnibus firmiter observandis nos et una nobiscum fideles nostri, conradus de cremūn, olricus moltzau. martinus de huda, georgius hasencop, mathias de axekowe, wipertus lūtzowe, godfridus, Johannes et hinricus de būlowe, reynbertus, hinricus et Johanues de plesse, hinricus de barnekowe, godscalcus, bertoldus et Johanues preu et hermannus de ortze, milites, hinricus bonensak, eghardus neghendanke et henneke molteke, armigeri, promisimus fide data. In quorum eciam testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Bard in presencia nostra, anno domini M° CCC° vicesimo quinto, feria sexta proxima ante dominicam letare.

Digitized by Google

DCLVIII.

895. Fürſt Wizlaf weiſet die Gebrüder Konrad und Arnold Vot und den Bertram Sudermann, Bürger zum Sunde, wegen einer Forderung von 478 Mark wendiſcher Pfenninge auf ſeine Bede im Lande Rügen an. 1325.

Nos Wizlaus, dei gracia princeps rnyanorum, presentibus recognoscimus publice protestantes, Conrado Voot, consnli nobis dilecto, ac Arnoldo Voot, fratri suo, nec non Bertramo suderman, civibus nostris in snndis predilectis, ex justo debito nos teneri ot obligatum esse in qnadringentis marcis denariorum slauicalium noue sundensis monete in prima precaria qnam in terra ruye post festnm pascho primnm rogabimus persoluendis. desuper obligamus eisdem ciuibus nostris in sundis in septuaginta otto marcis dictorum denariorum ibidem in partibus rnye de prima precaria circa festum beati Michaelis proximo venturo petenda raclonabiliter ipsis dandis. In hujus rei testimoninm nostrum sigillum presentibus dnximus apponendum. Datum bard anno incarnacionis dominice millesimo CCC° vicesimo quinto tercia feria festi pascho superins dicti.

DCLIX.

896. Verzeichniß der Schulden, welche der rügenſche Herr für den (am 12. März 1325 verſtorbenen?) Herzog von Jütland bezahlt hat.

Schulde des hertogen von Jnetlande

Ista sunt debita, que persoivit dominus de ruya pro duce Jucie:

Item hermanno de revele M M M marcas et C marcas pro C C pannis pulchris minus XVI pannis,

Item gherardo de tribuses, civi in Lubeck, M marcas et CC marcas pro LXX pannis,

Item hinrico spissebrade M marcas pro XXX pannis et vario opere,

Item johanni de gnogen CC marcas et XL marcas pro XVI pannis,

Item spissebrade CC marcas pro XII pannis,

Item conrado, filio ertmari, et gerardo, genero wicberni, M marcas et CC marcas et LX marcas,

Item domino mordero C C C C C C C C marcas,

Item domino bndde C C C C C marcas,

Item domino hinrico do osten C C C marcas,

Item gregorio de rostok C C marcas,

Item eidem gregorio M M marcas,

Item civibus de rostok M M M M marcas,

Item gregorio de rostok C C C C C marcas,

Item nycolao de putdebuzk ot arnoldo de vizen, militibus, M marcas et C marcas et X marcas,

Item thydemanno de dorpen, Johanni de barth et Johanni de hermeien M marcas,

Item domino vickoni de valkenbergh M M marcas et C C C C C C marcas minns X marcis, de qnibus jam promisse sunt gruudis C marce et LX marce,

Item Johanni de rethem promisse sunt de predicta summa valkenbergi C marce et XX marce,

Item illis blixen, militibus, VII^{c} XX marcas, pro quibus dicti milites precariam LXX et II marcarum adhuc habent.

DCLXI.

898. Johann von Slawekesdorp, Knappe, verkauft 4 Höfe im Dorfe Meſekenhagen an mehrere Bauern. 1325.

In nomino domini amen. Omnibns presentibns et futuris ad quos presens scriptum peruenerit Johannes de slawekestorpe, filius domini Johannis de slawekestorpe, militis, pie memorie. Salutem in omninm salnatore. Ne ea qne aguntur in tempore, simnl cum lapsu temporis labantur, ut ad noticiam proborum perueniant, necesse est, ea litteris patentibus perhennari. Noscant igitur tam posteri quam presentes, quod ogo, iam dictus Johannes de slawekestorpe, armiger, maturo consilio prehabito ac bona volnntate nec non pleno sub consensu mee sororis, scilicet domine slaweken, et meorum fratrum, vidclicet Boltonis et ludeken, qnatuor curias sitas in villa mesekenhaghen cum quinque mansis censnalibus et dimidio manso infra terminos eiusdem ville mesekenhaghen sitis, ad vnumquemque mansum trigiuta jugera posita et mensurata, viris probis ac honestis scilicet, Dancwardo de kowal et suis heredibus vnam curiam cum vno manso, hinrico klouere in mesekenhaghen et suis heredibus vnam curiam cum vno manso ot dimidio, Euerhardo, filio ghisou de kernedorpe, et snis heredibns vnam curiam cum vno manso Item petro, swagero longi stephani, ac suis heredibus vnam curiam cum duobns mansis rite ot racionabiliter

Digitized by Google

vnumquemque mansum pro quatuor marcis slauicaliorum dimisi ac vendidi sub hac forma, videlicet quod dicti viri uel eorum heredes in festo martini beati confessoris nunc proxime instante hereditatem cujuslibet mansi pro quatuor marcis eorundem denariorum michi soluent et deinceps in quolibet dicto festo martini ejusdem confessoris quatuor marcas slauicalis et vsualis monete pro annuali censu et ad hoc decimam dictam smaietoghedeu, sicuti alii mansi in hac terra dant de quolibet manso, idem viri et eorum dicti heredes michi uel meis heredibus singulis annis dabunt. quos quidem quinque mansos cum dimidio infra hinc et ad duos proximos annos a precaria dominis terra danda teneor penitus libertari, ipsos eciam quinque mansos cum dimidio, si ab eisdem viris vel eorum heredibus in presenti isto anno uel in sequenti, aut in tercio anno, uel quandoque hoc est ultra longius tempore seu breuius emere desidero, michi uel meis heredibus absque aliquali contradictione ipsos vendere debent pro tanto precio, quanto per eorum et meorum amicos et per quemlibet honestum virum ipsi mansi valere tunc temporis affirmantur; Eciamque dictarum curiarum incole seu dictorum quinque mansorum cum dimidio cultores cespitibus dictis torph, liguis, pratis, pascuis, quemadmodum alii conciues ibidem in mesekenhaghen vtuntur, frui et vti debent tempore sempiterno. Omnia eciam, que in eorundem quinque mansorum cum dimidio terminis continentur, scilicet ligna, prata, pascua et cespites, que wulgariter torph appellantur, ipsi prenotati viri eorumque heredes libera et inmensurabilia perpetue possidebunt. Item quandocunque idem viri uel eorum heredes pretaxatos quinque mansos cum dimidio, in parte uel in toto, vendere desiderant pro quocunque pretio ipsos alteri dare uel dimittere volunt, michi uel meis heredibus eos exhibebunt pretio primitus pro eodem, et si tunc ipsos pro tali precio non acceptauero, ex tunc vnicuique simplici agricole, in parte uel in toto, licite eos mansos vendere poterint sub prefato annuali censu et sub libertatibus pretaxatis. Eisdem eciam emptoribus dictos quinque mansos cum dimidio sub tali tributu annuali et sub eisdem libertatibus ego conferre debeo uel mei heredes conferre debent contradictione qualibet amputata. Talium eciam quinque mansorum cum dimidio emptores eadem, qua sepedicti viri eorumque heredes fruuntur, libertate in hiis litteris perfruentur. Insuper condictum est, quod si supra dicti mei fratres uel aliquis alter supra scriptos viros uel eorum heredes in sepe dictis quinque mansis cum dimidio vel in supradictis curiis racione hereditatis presumerent inpedire aut molestare, a tali inpeditione vel molestacione Ego, prenotatus Johannes de slawekestorpe, sepescriptos viros et eorum heredes jugiter libertabo uel mei heredes libertabunt. In quorum omnium euidens testimonium presens scriptum super hiis confectum sepenotatis viris eorumque veris heredibus dedi meo sigillo ac boltonis de slawekestorpe, mei patruelis, morantis ibidem in mesekenhaghen, sigillo communitum in testimonium et memoriale sempiternum. Testes vero hujus rei ac mee racionabilis vendicionis sunt: Dominus Bertramus de gristowe, miles, Bolto de slawekestorp, predictus, ghereke de gristowe, armigeri, Dominus Johannes de gristowe, plebanus, Dominus Jacobus, perpetuus vicarius in reynenbergh, Engelardus et henneke fratres dicti pust, hermannus kerctorp, longus stephanus in gristowe, Ericus et stephanus, filii ejusdem longi stephani, hartwicus kroneskamp ac alii plures digni. Datum gristowe anno Domini M°CCC° XXV° Dominica proxima ante rogaciones qua cantatur vocem jucunditatis.

DCLXIII.

901. Ein Blatt aus der für die fürſtliche Küche geführten Rechnung. 14. Juli — 9 Auguſt 1325.

Mk.	Sch.	Pf.	
			Juli 14. Item dominica sexta post trinitatem in vigilia de diuisione apostolorum de mane ad coquinam in hertesburgh et hic*) XIIII marce pro II ventris vaccinis et pro X ouibus. Item hoc uenit a sundis. Item III solidi pro onis. summa XIV marce III solidi.
14	3	.	. . . 15. Item feria secunda, in diuisione apostolorum, de mane ad coquinam hertesburg et hic IIII solidi pro onis et II denarii. Item XXII denarii pro piscibus. summa VI solidi.
.	6	.	. . . 16. Item feria tercia de mane ad coquinam hertesburg et hic XI½ marce pro II ventribus vaccinis et pro VIII ovibus. hoc uenit a sundis. eadem est summa. Item ipso die post meridiem dominus princeps et domina mea venerunt de hertesburg.
11	8	.	
26	1	.	

*) In Barb.

Mk.	Sch.	Pf.	
26	1	.	Juli 17. Item feria quarta de mane ad coquinam II½ marce et XVI denarii pro piscibus et luceis. Item IIII solidi IIII denarii pro ouis. summa II½ marce V½ solidi II denarii. postcomestionem equitauit princeps
2	13	8	ad ducem Wartislaum.
			. . . 18. Item feria quinta de mane ad coquinam VIII marce pro I ventre vaccino et pro V ouibus. eadem summa hoc uenit
8	.	.	a sundis.
			. . . 19. Item feria sexta de mane ad coquinam II marce IIII denariis minus pro luceis et piscibus. Item I solidus pro ouis. summa
2	.	8	II marce VIII denarii.
			. . . 20. Item sabbato de mane vp coquinam II marce III solidi IV denarii pro luceis et piscibus. Item VI solidi ro ouis et pro lacte X solidi III denariis minus pro herbis per
3	3	1	septimanam. summa III marce III solidi I denarius.
42	2	5	summa septimane XLII marce XXIX denarii. summa secundi mensis C marce et XXX marce et XXV½ solidi et II denarii. Item summa lardi et sumpti in secunda mense XXXVI marce et VI solidi pro XXVIII lateribus carnium ab euerardo hup emimus. In eodem mense commedimus ducentos strumulos pro V½ marcis emptos in sundis. a thiderico schiving emimus.
			summa totalis secundi mensis C marce LXXIII½ marce III denariis minus.
			Juli 21. Item dominica septima post trinitatem, in vigilia marie magdalene, de mane ad coquinam ½IX marce pro I ventre vaccino et pro VIII ouibus. Item VI denari pro ouis. summa ½IX marce et VI denarii.
8	8	6	hoc uenit a sundis.
			. . 22. Item feria secunda, in die marie magdalene, de mane ad coquinam XV solidi pro luceis et piscibus. Item II½ solidi pro ouis. Item I solidus pro lacte. (summa) ½XIX
1	2	6	solidi.
9	11	.	

Mk.	Sch.	Pf.	
.	11	.	Juli 23. Item feria tercia ad coquinam X marce IIII solidi pro II corporibus vaccinis
10	4	.	et pro VI ouibus. hoc uenit a sundis.
			. . . 24. Item feria quarta, in vigilia iacobi, de mane ad coquinam III marce et XXI denarii pro luceis et piscibus. tunc hic fuerunt kamp, magister Iohannes de rozstok, Johannes de Kamp, magister petrus *de dacia*. summa III marce et XXI denarii. *Item eodem*
			uespere uenit princeps de lozitze.
3	1	9	. . . 25. Item feria quinta, in die iacobi, de mane ad coqninam VI marce pro II corporibus vaccinis et pro III ouibus. Item de uespere ad coqninam III½ marce II solidi pro IX ouibus. hec empta sunt in bard. Item de vespere VI solidi II denarii pro ouis. summa ½X marce V solidi IIII denarii.
9	13	4*)	. . . 26. Item feria sexta post iacobi de mane ad coquinam IIII marce VII solidi I denario minus pro luceis et piscibus et pro allec. Item II solidi pro sipollen. summa IV½ marce et XI denarii.
4	8	11	. . . 27. Item sabbato post iacobi de mane ad coquinam III marce IV½ solidi pro luceis et piscibus et pro allecibus. Item VII½ solidi II denarii pro ovis et lacte. Item I solidus pro sipollen. Item XX denarii pro C scutellis. Item pro vasis.
3	14	10	
41	5	2	Juli 28. dominica octaua post trinitatem de mane ad coquinam XI marce III½ solidi pro II corporibus vaccinis et pro X ouibus. Item IX solidi pro ouis. Item XV denarii pro senape. Item I solidus pro sipollen. summa XI½ marce VI½ solidi III denarii. facto prandio princeps recessit.
11	14	9	. . . 29. Item feria secunda de mane ad coquinam IX solidi pro piscibus. eadem est summa.
.	9	.	
12	7	9	

*) Den einzelnen Sätzen nach fehlen an der Summe 2 sol. 10 den.

Digitized by Google

Mk.	Sch.	Pf.	
12	7	9	Juli 30. Item feria tercia de mane ad coquinam VII½ marce pro I veuter vacciuum et pro VIII ouibus. hoc ueuit a sundis. Item IIII porcos pro VI marcis. hora vespertiua veuit princeps cum duce saxouie. summa
13	8	.	XIII½ marce.
			. . . 31. Item feria quarta vigilia vincula petri de mane ad coquinam II marce II½ solidi III denarii pro luceis et piscibus. Item XV solidi III denariis minus pro ouis et pro lacte. Item I solidus pro sipolleu. Item VIII solidi pro scutellis CC et pro vasis. Item ipso*) V marce IIII solidis minus pro C strumulis et pro X calcis. hoc ueuit a sundis. Item de uespere ad coquinam XIV½ solidi pro piscibus. Item IX solidi IIII denariis
9	13	8	minus pro ouis et pro lacte. summa IX½ marce V½ solidi II denarii.
			August 1. Item feria quarta, in die petri, de mane ad coquinam V marce V solidi pro II corporibus vaccinis. Item XII oues pro V½ msrcis et pro V solidis. Item IX½ solidi et I denarius pro scutellis CC. Item post meridiem dux saxouie recessit et tunc statim princeps fuit hertesburg. Item de vespere ad coquinam XIX solidi pro III ovibus. Item
13	2	1	II½ solidi pro ouis. Item I solidus pro sipollen. summa XIII marcs XXV denarii.
			August 2. Item feria sexta post petrus de mane ad coquinam hertesburg et hic II½ marce
2	11	8	III solidi IIII denariis minus pro luceis et piscibus. Item I solidus pro sipollen. summa II½ marce III½ solidi II denarii.
			August 3. Item in sabbato de mane ad coquinam III marce VIII denarii pro luceis et piscibus. Item VI solidi pro ouis et lacte. msdia pars mittebatur hertesburg. Item II modios salis pro X solidis, vnus modius mittebatur hertesburc. Item XVI denarii pro
			pultibus. Item V solidi III denarii pro herba
			per septimanam. summa IIII marcs VII solidi
4	7	3	III denarii.
56	2	5	summa octaua septimane LVI marce XXIX denarii.

*) scil. die.

Mk.	Sch.	Pf.	
			August 4. Item in noua dominica post trinitatem, ante laurencium, de mane ad coquinam IIII marce IIII solidis minus pro altero dimidio corpore vacciuo. Item IIII marce VI solidi pro X ouibus. pars carnium mittebatur hertesburc. Item II½ solidi pro ouis. item XVIII denarii pro sipolleu. Item X½ solidi ad farciniam. Item XVII solidi IIII denarii pro IIIIc scutellis et vasis. summa X
10	1	10	marce XXII denarii.
			August 5. Item feria secunda de mane ad coquinam XXVII solidi pro luceis et piscibus. Item IIII solidi pro ouis, que mittebantur hertesburc. Item I solidus pro lacte. Item VI denarii pro sipolleu. summa II marce VI denarii. facto prandio domina mea ducebatur
2	.	6	supra hertesburc ad principem.
			August 6. Item feria tercia de mane ad coquinam XXX solidi pro IIII ouibus, que mittebantur hertesburc. Item III marce VI solidi pro I veuter vaccinum et pro III ouibus, que hic comedimus. Item II solidi pro ouis.
5	6	.	summa V marce VI solidi.
			August 7. Item feria quarta de mane ad coquinam XXII solidi II denariis minus pro luceis et piscibus. Item XX denarii pro ouis. Item de uespere ad coquinam V solidi pro piscibus. Item VI denarii pro sipolleu. Item XX denarii pro III pullis domicellis. Item VI denarii pro ouis. summa XXX½ solidi
1	15	2	II denarii.
			. . . 8. Item feria quinta de mane ad coquinam V marce IIII solidi pro I veuter vaccinum, pro VI ovibus. Item III solidi pro ouis. Item I modius salis pro V solidis. Item V denarii pro sipollen. summa V½ marce IIII solidi
5	12	5	V denarii.
			. . . 9. Item feria sexta, in vigilia laurencii, de mane ad coquinam hertesburc et hic II marce IIII solidi II denarii pro luceis et piscibus et IX denarii*) pro sipollen. tunc ad conceptionem venit comes de witteuberghe. Item ipso die dominus et domina venerunt de hertesburc ds uespere. Summa II marce
2	5	1*	V solidi I denarius.

*) Sie fehlen in den einzelnen Sätzen 3 den.

Digitized by Google

Zusammenstellung der in vorstehender Küchenrechnung aufgeführten Gegenstände mit Angabe der Preise.

Latera carnium.	Strumuli.	Corpora vaccina.	Sipollen.	Scutella et vasa.	Sinapi.	Porci.	Sal.	Pultes
28	200 = 5½ marce.	2 corp. vacc. + 6 oves = 10 m.	2 sol.	100 = 1 sol. 8 den.	15 den.	4 = 6 m.	2 modii = 10 sol.	1 sol. 4 den.
	100 strum. + 10 casei = 4 m.	4 sol.	1 „	200 = 8 „			1 „ 5 „	
	12 sol.	2 c. v. + 3 oves = 6 m.	1 „	200 = 8 „ 7 „				
		2 c. v. + 10 oves = 11 m. 3 sol. 6 den.	1 „	400 = 17 „ 4 „				
		2 = 5 m. 5 sol.	1 „	900 Scutella.				
		Dimidium corp. vacc. = 3 m. 8 sol.	1 „ 6 den.					
			6 „					
			6 „					
			5 „					
			9 „					

Ventres vaccini.	Oves.	Ova.	Pisces.	Lucei.	Lac.	Herba.
2	+ 10 = 14 m.	3 sol.	22 denarii.	2 m. 9 sol. 4 den.	1 solid.	9 solidi 9 den.
2	+ 8 = 11 m. 8 sol.	4 sol. 2 den.	Pisces et lucei	= 1 „ 15 „ 8 „	1 „	5 „ 3 „
1	+ 5 = 8 m.	4 sol. 4 den.	„ „	= 3 „ 3 „ 4 „		
1	+ 8 = 8 m. 8 sol.	Ova et lac: 6 sol.	„ „	= 15 „		
	9 = 3 m. 10 sol.	6 den.	„ „	= 3 „ 1 „ 9 „		
1	+ 8 = 7 m. 8 sol.	2½ den.	„ „ et aloces	= 4 „ 6 „ 11 „		
	12 = 5 m. 13 sol.	6 sol. 2 den.	„ „ „	= 3 „ 4 „ 6 „		
	3 = 1 m. 3 sol.	Ova et lac: 2 sol.	9 sol.		Pulli domicelli.	Farcinia.
	10 = 4 m. 6 sol.	9 sol.	Pisces et lucei	= 2 „ 2 „ 9 „		
	4 = 1 m. 14 sol.	Ova et lac = 14 sol. 9 den.	14½ sol.		3 = 1 sol. 8 den.	10 sol. 6 den.
1	+ 3 = 3 m. 6 sol.	Ova et lac = 8 sol. 8 den.	Pisces et lucei	= 2 „ 10 „ 8 „		
1	+ 6 = 5 m. 4 sol.	2½ sol.	„ „	= 3 „ 8 „		
		Ova et lac = 6 sol.	„ „	= 1 „ 11 „		
9 ventr. vacc.	+ 86 oves	2½ sol.	„ „	= 1 „ 5 „ 10 „		
	19 „ cf. corp. vacc.	4 sol.	5 sol.			
	105 oves.	2 sol.	Pisces et lucei	= 2 „ 4 „ 2 „		
	Also das Schaf pro Kopf: 6 sol. 4 den. bis 7 sol. 6 den.	1 sol. 8 den.				
		6 den.				
		3 sol.				

Digitized by Google

DCLXiV.

902. Fürſt Wizlaf leihet dem Knappen Teßemer Kok 5 Haken im Dorfe Berglaviz, wiederlöslich mit 125 Mark wendiſcher Pfennige. 1325.

Nos wizlaus, dei gracia princeps ruyanorum, presentibus Recognoscimus publice protestantes, quod Teesemaro coquo, nostro famulo, ac suis veris heredibus dimisimus et contulimus quinque uncos in villa berglavitz, quos dominus Engelkinus mandbusi in nostra presencia ad manus ipsius resignauit, cum omni jure homagii ceterisque fructibus omnibus, videlicet pascuis, pratis, silvis, nemoribus, cespitibus et rubetis, ac cum omnibus adjacenciis, prout in suis veris terminis sunt comprehensi et quemadmodum idem dominus Engelkinus eosdem uncos possederat, libere possidendos; sed cum nos aut nostri heredes Tessemaro predicto vel suis heredibus c. marcas et viginti quinque marcas denariorum slavicalium dederimus seu persolverimus, ex tunc quinque unci ad nos et nostros heredes omnimode revolventur. In cujus rei testimonium nostrum sigilium duximus appendendum. datum bard, presentibus dominis conrado de bugis, hinrico de Osten, militibus, Thiderico Spekin, nostro cancellario, marquardo et gherlaco, anno domini M° CCC° XXV°, In die beati jacobi, apostoli gloriosi.

DCLXV.

903. Heidenrich, Dekan der magdeburger Kirche, Conſervator und Richter des Kloſters Reinfelden, fordert den Fürſten Wizlaf auf, den exkommunicirten Siegfried von Plone mit gewaffneter Hand von weiterer Beſchädigung der Güter des Kloſters ab und zur Entſchädigung des Kloſters anzuhalten. 1325.

Magnifico domino wizlav, principi Ruyanorum, Heydenricus, dei gracia Decanus Eccliesie magdeburgensis, Conservator et judex venerabilis et gloriosi viri domini — — abbatis et Conventus monasterii in reynevelde, ordinis Cisterciensis, lubicensis dyoceseos, una cum honorabili viro — — preposito brandenburgensi et decano sancti ssbastiani magdeburgensis ecclesie, a sede apostolica delegatus, salutem, et mandatis apostolicis cum reverencia firmiter obedire. Gravsm ad nos venerabilis paer, dominus abbas, et convsntus monasterii in reynvelde, ordinis Cisterciensis, iubicensis dyoceseos, super eo querimoniam detulerunt, quod honorabilis vir, dominus decanus Zwerinensis ecclesie dudum conservator et judex a nobis auctoritate apostolica deputatus virum nephandum et sacrilegum, Sifridum de plone, militem, propter dampna gravia et injurias multiplicss, quas per varias spoliaciones et exactiones enormes ipsis, domino abbati st conventui suo, in suis subditis et eorum bonis et juribus, dsi timore postposito, irrogavit, et quod canonice monitus de hiis satisfacsre animo pertinaci contempsit, immo, maia malis cumulando, peiora prioribus presumebat, excommunicacionis vinculo innodavit, ipsumque fecit primitus absque solempnitate adhibita, et postmodum, ut ejus exigebat contumacia, accensis candeiis et pulsatis campanis, in locis quibus expedire videbat, excommunicatum publice nunciari, communicantes eciam eidem sacriiego supradicto ut ab ejus communione infra certum terminum ad hoc datum desisterent, fecit salubriter ammoneri, et huic sue monicioni rebelles similiter excommunicacione constrinxit, et excommunicatos publicari mandavit, juxta canonicas sanxiones. demum cum sacriiegus supradictus ejusque fautores et conplices sentencias premissas presumpcione dampnabili vilipenderent animis obstinatis, decanus supradictus terras et ioca omnia iurisdictioni seu potestati sacrilegi iam dicti subjecta subposuit ecclesiastico interdicto, attamen ipse, perdicionis filius et iniquitatis alumpnus, inter flagella ecclesiastice cohercicionis durior et magis protervus effectus, sentencias premissas in ipsum auctoritate apostolica prolatas, in oprobrium et contenptum apostoiice sedis, diuoscitur dampnabiliter contenpsisse, et, a molestacione et invasione monasterii prefati non cessans, videtur jam peccandi licenciam in consuetudinem deduxisse, propter quod dominus ..... abbas st conventus supradicti ad nostram duxerunt providenciam resurrendum, subplicantes humiliter et instanter, sibi per nos, auctoritate apostolica de oportuno et celeri remedio provideri, Presertim cum ad sorum tuicionem videtur ecciesiastica potestas deficere, nec ab eorum vastatore et presumptore iam dicto potestas eadem aliquatenus timeatur, neque indurstum sus malicie animum valeat emoiire. Nos igitur, prout decuit, eorum oppressionibus et injuribus conpacientes, annuimus favorabiliter subpli ationibus eorundem et, vires nostras domino — — decano zwerineusi predicto commissas, Tenore presencium, in presenti

Digitized by Google

causa de qua agitur, ante omnia revocantes ab ipso decrevimus iuxta potestatem nobis per sedem apostolicam attributam, et volumus mandatorum eiusdem sedis temerarium contemptorem, per coherciciouem temporaiem et invocaciouem brachii secularis, pro posse nostro, coupellere et ejus pertinaciam sic domare ut ad ecclesie redeat unitatem, et de commissis excessibus domino ..... abbati et suo conventui satisfactiouem exhibeat conpetentem, nude, audita clara et laudabili fama vestra, quod animo libenti ecciesias dei defenditis, et sacerdotes domini, pront preceptum dei et vera exigit nobilitas, honoratis, ideoque ad dominaciouem vestram, secundum exigenciam necessitatis presentis, recurrimus confidenter, vosque, auctoritate apostolica, requirimus et hortamur atteute, et nihilominus digultati vestrea uctoritate apostolica, et sub pena excommunicaciouis, quam decem dierum mouicione premissa, nisi mandatum nostrum immo verius apostolicum, impleveritis in hac parte, in personam vestram ferimus in hiis scriptis, duximus injungendum quatenus, ad coupescendam presumptoris et sacrilegi memorati superbiam eiusque audaciam reprimendam, infra spacium temporis usque ad diem beati martini proximo venieutem, quem vobis pro termino peremptorio et monicione canonica assiguamus, manu forti et dextra po. tenti, prout presenti expediet negocio, sic poteuter et viriliter insurgatis, quod ipsius presumptoris conteratur malicia, et processus et pene spirituales facte et habite auctoritate apostolica contra ipsum non deducantur ulterius in conteuptum, ad terras videlicet et loca ejusdem sacrilegi hostiliter accedendo, personas, opida, territoria, villas, jurisdictiones, iura ac bona eius et eorum cujuslibet sibi in hac parto prestancium consilium, auxilium, vel favorem, iuvadendo, occupando, et, prout melius fieri poterit, dissipando, ut sic saltem manus temerarie cohibeantur ab offensa temporalis formidine ulcionis, quos dei et apostolice sedis reverencia non cohercet. a premissa vero invasioue voiumus nobilitatem vestram nequaquam desistere, quousque predictus sacrilegus debitam satisfactionem de dampuls, oppressionibus, contumeliis et injuriis exhibuerit domino ..... abbati et conventui prelibatis, et de suis maliciis egerit proximo dignos fructus. Ne tamen magnificenciam vestram mandati nostri, immo verius apostolici, districtio commoveat et perturbet, sciro vos desideramus, quod super hoc ad principes terre defendendi potestas a sacris canonibus emanavit, In quibus verba hujusmodi sunt expressa: Principes seculi non nunquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina teneut, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant et defendant, et quod non prevalent sacerdotes efficere per sermonem doctrine, potestates hoc inperent per discipline terrorem: et ideo, quia nos ad invocandum auxilium secularis a sedo apostolica recepimus specialiter potestatem, ob hoc idem auxilium a vera dominacione, tamquam a poteuclori et magis in hoc casu ydoneo, in presenti necessitate requirimus excercendum. hoc namque a magnificeucia vestra religionis favor requirit et dei ac apostolice sedis reverencia lustanter exposcit. Datum magdeburgis anno domini CCC vicesimo quinto, XVII° kaiendas septembris.

DCLXVI.

904. Fürſt Wizlaf beſtätiget die der Herborch vormals in Ribnitz auf 4 Hufen in Beyershagen fundirte Vikarie in der heiligen Geiſtkirche in Bart und beruft dazu aus dem ihm aufgetragenen Patronat den Geiſtlichen Herman Klein. 1325.

Omnibus christi fidelibus presencia uisuris et audituris wizlauus, dei gracia princeps Ruyanorum, in vero salutari salutem. Ne gestarum rerum memoria ex fluxu temporis euanescat et pereat, hanc discretorum etas uirorum statuit litterarum testimonio perhennari. Noscat igitur felix natio presentium et fidelium etas futurorum, quod domina herborch, ciuis quondam in Rybenitz, deuotione affecta diuina amoris, ob reuerentiam omnipotentis dei, misericorditer erogare iam dudum proposuit et proponit, ob salutem anime sue, vigiuti marcarum redditus in quatuor mansis sitis in villa beyersbagheu, quos coluut videlicet Euerhardus et sui fratres Eghardus, hermannus et Thidericus. De tribus vero mansis Euerhardus predictus et Eghardus dabnut quatuordecim marcas cum dimidia annuatim, hermanuus pro dimidio manso duas marcas cum dimidia et decem denariis, Thidericus vero de vno quartali vunm talentum cum quatnor denariis, et viginti quiuque solidi denariorum tollentur do mansis iohannis beiersbaghen cum decima minuta de mansis prenotatis, absque omni seruicio dominorum, cum iudicio mauns et coili et cum omni iure et utilitate in pascuis, pratis, siluis, nemoribus, sespitibus, rubetis, aquis, agris cultis

Digitized by Google

